[2] Valois, *op. cit.*, vol. I, pp. 49, 55. Fu fatto cardinale da Urbano VI nella prima creazione (Raynald, *op. cit.*, VII, p. 361, nota); prete del titolo di Santa Prisca. Stella, *Annales genuenses* cit., col. 1116; Bonincontri, *Annales*, col. 36, dice che fu mandato dal papa *extremo ejus anni* (1379). Una lettera dell'Archivio Gonzaga di Mantova (E, XLV, 3 in data 15 febbraio 1380) lo dice a Venezia per trattare della pace. Il 19 era a Padova (Casati, *op. cit.*, p. 134) e poichè il 22 marzo era a Genova (vedi Casati, *op. cit.*, doc. p. 135) il soggiorno a Vicenza cade appunto dopo l'ambasciata al signore di Padova. Vedi Predelli, *Libri commemoriali della repubblica veneziana*, vol. III, libro viii, § 116.

[3] È da ritenersi, penso, una distrazione di Conforto, che ripete la data scritta poco prima per la notizia precedente; gli altri cronisti pongono l'assalto e la resa di Brondolo ai 19 e 20 di febbraio. Chinazzo, col. 757: Caresino, col. 742; *Chronicon estense*, col. 505; G. Stellae, *Annales genuenses*, col. 1116; vedi anche Casati, *op. cit.*, p. 129; Gatari, p. 190, segna che il 19 febbraio era domenica e conclude: *Da può la rotta dil ditto ponte non pottè mai più aver niuna vitoria Gienoexi nè Padoani, ch'era nela città di Chioza, contra giente de' Veniciani, anzi andò ogni giorno di male in pezo....* Negli altri particolari Conforto concorda pienamente con Chinazzo.

terra marique, quod nemo poterat de Clugia intrare vel exire. In qua Bronduli recup ratione fuit maxima Ianuensium cedes et captio et etiam in mari hominum suffocatio.

Traditio Clugie Venetis.

Cum vero Ianuenses obsessi in Clugia reducti essent ad ultimam famem[1], consumptis omnibus cibariis et his, que non solum ad esum, sed orida ad tactum et visum fetida, ut carnes equorum, canium, catarum muriumque et fedearum quoque aliarum rerum, non valentes famem amplius substinere, omni prorsus auxilio desperati, die 12 iunii, ultro se tradiderunt Venetis, qui eos in servitute receperunt, qui, ut fertur, fuerunt ultra MMMV^{c} et V^{c} Paduani, stipendiariis vero et aliis forenssibus cum securitate personarum et rerum liberaliter relaxatis.

Adventus domini Caroli a Pace in Vincentiam.

Die iovis 12 iullii, dominus Karolus a Pace, nepos regis Ungarie, iuvenis maxime proceritatis et clare indolis, civitatem Vincentiam[2] intravit, in ocursum cuius exiverunt magnifici domini de la Scala, egregia et magna comitum et provisionatorum comitiva stipati, euntes obviam usque ultra Sanctum Petrum in Gude. In civitatis ingressu ardebant ultra CL doplerii et cum eo venit dominus Agapitus kardinalis, qui descendit in domo Clementis[3] de Tienis, descenditque idem dominus Karolus in episcopatu, in camera ubi Domini sunt jacere soliti et ipsi locaverunt se in ultima camera pozoli longi episcopatus.

Clemens de Thienis.

Recessus.

Mane autem facto sequentis diei, Ungari et gentes domini Karoli, qui se locaverant in Sancto Petro in Gude, Liseria et illa contracta, cum gravissimo incomodo et dampno contracte, transiverunt per pontem burgi Pusterle et iverunt Montebellum cum plaustris et caretis, que fuisse dicuntur CL et ultra; equi vero XIJ^{m}[4] et plures; in cohortibus quorum erant ultra mo dum milites et barones. Eodem quoque die, recessit de civitate Vincentie idem Karolus et cum eo domini magnifici de la Scala cum sua comitiva. Et nota quod Domini fecerunt omnes necessarias expenssas largissime.

MUR., c. 1252

Cod., c. 9 t

De invasione mantuani districtus per Ungaros.

18 iullii, gentes domini Karoli invaserunt mantuanum districtum[5] ipsum curentes usque Seravallem, predantes et omnia nephanda et enormia absque mensura turpiter comittentes, de eorum impetu Mantuanis non previsis[6].

Recessus domini Karoli de Verona.

Die iovis 2 augusti, dominus Karolus, missis ante gentibus suis, exivit Verona et transivit Padum cum gratia dominorum de la Scala absque modo honoratus ab eis cum gentibus suis.

---

6. ***prima di*** omni ***aveva preso a scrivere*** desper, ***poi cancellato*** — 7. ***prima di*** et ***aveva scritto*** relaxatis, ***poi cancellato*** — 8. vero] ***tra le righe*** — 13. venit] ***in margine*** — 16. ***avanti*** qui ***aveva scritto*** trans, ***poi cancellato***

[1] CHINAZZO, col. 762: *Genovesi si disposero tenersi fino all'ultimo mangiando ratti granci et ogni altra cosa immonda.* Ma non conviene nella data che pone ai 22 di giugno e così il *Chronicon estense*, col. 506 e lo Stella, col. 1117; CASATI, *op. cit.*, p. 140.

[2] Veniva dal campo di Treviso, e si avviava alla impresa di Napoli. Aveva passato il Piave l'8 di luglio, GATARI, p. 195; SOZOMENI, *Spec. hist. Pistor. RR. II. SS.*, XVI, col. 1115: *per Tarvisinum, Vicentinumque agrum descendens.* VERCI, vol. XV, p. 189; DE STEFANI, *op. cit.*, pp. 49-50.

[3] Vedi sopra; e per Clemente: *Cronache di Vicenza* di Battista Pagliarino, Vicenza, 1663, p. 267.

[4] GATARI, 195: *con più di x mila Ongari.* Vedi tuttavia MURATORI, *Annali d'Italia*, anno 1380, e *Chronicon estense, RR. II. SS.*, XV, col. 506.

[5] Carlo era avviato, com'è noto all'impresa di Napoli; i saccheggi del Mantovano furon tali tuttavia che i Gatari (p. 195) poterono scrivere in buona fede che Carlo *andò nel Veronese per gueregiare col signor di Mantova, e così più dì vi stete e con lui guerizò e scorsegiò il suo teritorio....* Vedi MURATORI, *op. cit.*, anno 1380; VERCI, vol. XV, p. 191. A testimonianza dei saccheggi commessi dagli Ungheresi in terra amica, resta una lettera del signore di Padova al marchese di Mantova che si era lagnato dei mali patiti da' suoi sudditi. ARCHIVIO GONZAGA DI MANTOVA, E, XLVI, 2. Eccone parte: *Magn. pater carissime. Intellectis fraternitatis vestre literis de reditu ad presentiam vestram religiosi viri fratris Phylippini ordinis Minorum et expositione per eum vobis facta qualiter ego de damnis per Hungaros super territorio vestro illatis, sicut de propriis dolueram et dolebam, plurimumque gravabar et de singulari illatorum per eos damnorum narratione etc., iterato fraternitati vestre respondeo pro ut idem frater Phylippinus vive vocis oraculo rettulit vobis, ita .... de omni damno et animi vestri displicentia dolerem .... uti de proprio me tangente.... etc. Datum Padue die prima septembris anno LXXX. Franciscus de Carraria, Padue etc.*

[6] Per tali danni il Gonzaga non voleva concedere il passo a Carlo di Durazzo, che seguiva col resto dell'esercito, il che si ricava da una lettera di Bernabò a lui nella quale si studia di placarlo e di farlo recedere dal suo proposito (L. OSIO, *op. cit.*, vol. I, p. 211) e questo spiega perchè Carlo si trattenesse in Verona fino al 2 agosto mentre i soldati lo avevano preceduto dal 18 luglio. Nè diversamente furono trattati altri paesi. *Cronica di Bologna, RR. II. SS.*, XVIII, col. 253: *mai non venne gente che facesse tanto danno di ardere e di pigliare in fuori.* Vedi pure in OSIO, *op. cit.*, p. 231, la

[illegible]

Fuit de mense septembris quidam famulus Iacobi de Vivencio vicarii in Thienis, qui erat taliter morbo, ut sibi videbatur, incurabili in crure opressus, quod non poterat intendere officio nec quasi aliquid facere. Hic videns se sic inutilem, fuit tante animositatis, quod accepto quodam stocho, quem ei tradidit quidam de Tienis, et eo evaginato posuit manipulum super terram, punctam vero sursum, super quam paulatim se incurvans dixit: "Intra in ho-"norem Virginis Marie" et in tantum depressit se super stocho, quod puncta ei intravit per pectus et per exteriores partes corporis exivit, volens mori, nec tamen ex hoc est mortuus.

Item de quodam alio, nomine Malgareus.

Fuit etiam iamdiu tempore maioris domini Canisgrandis de la Scala quidam nomine Malgareus, capitaneus turrium Quartixoli, qui non valens substinere dolores colice passionis quam diu substinuerat in corpore, animo feroci evaginata lanceta, transverberavit se per ilia et pectus et sic finivit et vitam et colicam passionem.

De miraculis [illegible] in Hospitali beati Antonii

Misericors et gloriosus Deus, meritis beati Antonii abbatis, apertissime demonstravit quam multa clara et varia miracula in hospitali sancti Antonii, quod est iuxta plateam episcopatus, de quibus aliqua inferius notabo, quia vidi, que fieri inceperunt 1380, die 24 septembris.

Erat quidam Otolinus pixtor taliter immundis spiritibus conturbatus, qui se sepe voluit necare, et dum se fingeret Paduam proficisci ad visitandum locum beati Antonii pro salute recipienda, cum exivit burgum Sancti Viti, ipse cucurit ad flumen Asticelli et per id velociter curens se voluit in ipso submergere et mori, sed aliquorum, qui habebant curam eius, auxilio extractus de amne, fuit ad stratam de Padua reductus, ubi a spiritibus acriter stimulatus, tam velociter currens, quod per magnum itineris spatium relinquit post se eum sequentes. Spiritus vero tam enormiter ipsum cruciabant, quod eis se et animam suam tradidit. Demones quoque, facta aliquali incisione in coxa eius, ex sanguine suo fecerunt eum scribere, quod se ipsis tradebat. Hic vero a doloribus relaxatus, aparuit ei beatus Antonius, qui dixit ei: "Noli "timere, sed vade Paduam ad capellam meam, quia ibi curabo te". Ad quam pergens fuit libere a spiritibus liberatus, sed brachium tortum et inutile remanxit et manus eius arida et in ipsa aparuit ferla. Responso quoque habito ut Vincentiam rediret, quod in hospitali suo perfectam recipiet sanitatem; qui Vincentiam reversus, et nocte in hospitali, piis oracionibus devote intentus, sanus et incolumis factus est de tota persona; verum signum ferle remanxit in manu, quam post multos dies postea vidi.

Fuit et quidam de burgo Portenove, qui quum debilitatus et inutilis de tota persona quatuor annis iacuisset in lecto, facto voto, se deferri fecit ad hospitale iam dictum in quadam corba, ubi nocte devota fide orationibus devotissimis intentus, repertus est tam sanus de persona, quod pedibus suis sine adiutorio ivit domum suam; quem post aliquos dies postea vidi sanum ante capellam Sancti predicti ire pro suo libito quo volebat.

De quodam stipendiario sanato.

Quidam quoque alter stipendiarius pedes morbo debilitatus de persona et inutilis per ultra quatuor menses non valens absque grabatis se movere, hic facto voto, quo melius potuit, se reduxit ad hospitale predictum et cum devotione nocte stabili firma fide oratione persistens, sanitatem perfectam recepit et perpaucos dies post ivit cum suprascripto Otolino et quampluribus aliis ad Sanctum Antonium in Vienna.

Quedam etiam alia iuvenis, filia Guilelmi Zuchati, debilitata permanxit per ultra decem annos, ita ut pedibus se sustinere non poterat, sed opportebat portari. Hec facto voto et portata cum fiducia ad hospitale predictum, nocte lacrimis et piis orationibus insistens, tantam sanitatem recepit, Dei auxilio et Sancti predicti, quod absque adiutorio aliquo ivit suis pedibus ad domum patris sui.

2. erat] *tra le righe* - opressus] *tra le righe* — 19. stratam] *tra le righe* — 31-32. in quadam corba] *in margine* — 33. dies] *tra le righe* — 38. cum supradicto] *tra le righe* - Otolino] *in margine*

lettera in data 4 agosto 1382 di Bernabò a Lodovico Gonzaga, che contiene allusioni al fatto. Se la data della notizia di Conforto che segue è esatta, non è credibile che il 3 d'agosto Carlo fosse già nel Ferrarese, come attesta il *Chronicon estense* (col. 506): *Die III augusti rex Carolus de la Pace.... transivit per Stellatam Figaroli territori ferrariensis....* Nel mese stesso era a Rimini. *Chronicon ariminense*, XV, col. 923.

De quodam Feltrino

Similiter quidam de Feltro, audiens de miraculis, que hic fiebant in hospitali predicto, cum grabatis, sine quibus ire non valebat, tanto enormi et putrido morbo tenebatur in crure, reduxit se ad hospitale predictum, ubi fide cum devotione orationibus intentus, inventus fuit misericordia Christi taliter liberatus, quod relicta una ferla in hospitali, cum alia in manu absque tamen eius adiutorio venit ad ecclesiam sancte Corone in sacristia et se, me presente, ostendit fratibus conventus, qui erant incredulli de miraculis, que fiebant in hospitali predicto, narrans condictionem sui morbi et sanitatem sue persone.

Plura quoque alia clara et magna miracula fecit Dei Filius meritis Sancti memorati in hospitali predicto, que nimis longum esset omnia per ordinem enarrare.

Cod. c. 10r
De spiritu Bartholomei Botarini

Decessit Vincentie quidam Bartolomeus Botarinus, notarius, ad divicias acquirendas modo quolibet subtilis, cautus et audax. Huius spiritus occupavit per hos dies personam cuiusdam Iohannis Marangonis de Campeelo; qui Bartolomeus clare loquebatur cum omnibus per os dicti Iohannis ac si esset verus Bartholomeus. Ad quem Iohannem in Campeelo accessimus magister Paulus medicus, Zambonetus Sbrega et ego Confortus, quorum omnium fuerat Bartholomeus domesticus et socius, sicut mos est novitates audire, die quinto octobris. Cumque intrassem domum, statim dictus Botarinus dixit adstantibus ibi prope ignem: "Confortus qui "est extra, habet veram causam conquerendi de me, quia graviter eum decepi„. Nondum enim quicquam, ex quo intraveram, loquutus eram neque dictus Iohannes me cognoscebat. Tunc exivit unus et dixit: "Conforte intra, quod Botarinus te nominavit„. Cumque intrassem ad eum, sedi iuxta eum et dixi: "Ave frater Botarine, si haberem causam salutandi te„. Qui statim ait: "Tu bene dicis quod non habes causam salutandi me, quia cum essem tuus "socius et semper velut frater, graviter te decepi„. Interrogatus quantum dapnum mihi fecerat, respondit: "De v^{m} libris et ultra„. Interrogatus quantum ex hoc recepit, respondit "c libras parvorum„. Interrogatus socii sui quantum habuerint, respondit quod dominus....... iudex habuit XL ducatos, alter vero iudex nichil habuit vel modicum. Deceptio autem

Mur., c. 1254

fuit hec, quia cum predicti tres fuissent arbitri in quadam lite, quam mihi moverant tres' mee neptes, ipsi iniquam sententiam tulerunt contra me, ita quod dapnum fuit de v^{m} librarum parvorum et ultra. Et totum hoc accidit subornatu et cautellis ipsius Botarini, pecunia corupti, qui socios subduxit et decepit. Cumque per suprascriptum Zambonetum interrogaretur, quare non dederat sibi denarios, quos sibi dare debebat de ratione cuiusdam decime, que erat bene CCC librarum et ultra, vel non ordinaverat filio suo ut eos solveret, statim ipse Botarinus increpavit et maledixit dictum filium suum, quia bene eidem ordinaverat et relinquerat rationem sua manu notatam et quod integre solvere sibi deberet. De pluribus autem secretis loquutus fuit cum prefacto magistro Paulo, de quibus aliqua scribam. Dum idem magister Paulus visitasset ipsum Botarinum in infirmitate, qua decessit, videns eum circa finem vite laborare, ipse venit ad sacerdotem Sancti Stephani tanquam verus amicus et eum rogavit ut cum festinatione deberet accedere ad Botarinum, quia male se habebat; qui presbyter statim ivit ad ipsius domum et voluit ad ipsum accedere, sed demone, qui apparuit eidem in forma eius summi medici et qui policitus fuit, si sibi crederet, statim ipsum liberare, non intravit ad eum usque dum idem magister Paulus reverteretur, qui dixit presbytero: "Permitatis eum "dicere quod vult„; quia dicebat ipse Botarinus quod volebat usque in crastinum differre sacramenta divina suscipere; "Rogo vos ne recedatis, nisi confessione ipsum audiatis„. Sed temptatione demonis, qui fecit ipsum una hora sanum, recessit sacerdos; qua hora transacta,

Cod. c. 10v

decessit statim. Cumque diceret magister Paulus' qua causa dampnatus esset, respondit, quia non habuit ecclesiastica sacramenta. Interrogatus quare non habuerat, respondit, quia sacerdos bene venerat ad domum et similiter medicus dixerat sacerdoti, ut non discederet, ni primo facta secum confessione, quia laborabat in extremis. Interrogatus quis fuit ille medicus, qui sic dixit sacerdoti, respondit eidem: "Tu fuisti„. Multa quoque alia secum de negociis

---

15. die quinto octobris] *in margine* — 21. dicis] *tra le righe* — 31. bene] *tra le righe* — 44. statim] *tra le righe*

suis loquutus fuit, ad que singillatim respondit. Fabulando etiam dixit magistro Paulo si habebat memoria de quadam ratione, quam alias secum fecerat iam diu: quot grana milei intrarent in uno stario, de qua, multis loquutionibus factis, plene dictus magister Paulus ad suam memoriam reduxit.

Insuper etiam dixit idem spiritus Sbrege apothecario, qui conducebat pro communi Vincentie solus facere candelas de sepo: "Sbrega, cave tibi ne sepum conducat te ad ignem, qui "facis candellas de sepo".

Cum multis et multis clare favolabatur et interrogabat et ad quesita respondebat, etiam cum capitaneo guerre super eius palatio: quem interrogavit capitaneus quomodo regebat, tempore quo vivebat, palacium Vincentie et quantas et quales barattarias commissit: respondit quod eius cautella erat dominus palacii et valde lucrabatur baratando et inter alias narravit dapnum grave, quod mihi fecit in compromisso et quomodo habuerat c libras ex barataria et dominus .... XL ducatos et alter tercius nichil habuerat. Interrogatus per capitaneum quomodo potuit sic socios suos pervertere, respondit quod sic ostendit falsum pro vero, quod crediderunt. Cum potestate quoque Vincentie loquutus fuit quadam die, qua orationibus expulsus fuit a dicto Ioanne, cumque exire debebat, dixit audientibus, qui adstabant in camera potestatis: "Me oportet exire, sed etiam super ipsum revertar "XVIIJ^a hora post horam presentem". Et cum, die sequenti, ut predixerat, hora XVIIJ^a, reversus fuisset super dictum Ioannem et conductus fuisset in camera dicti potestatis, idem dominus interrogatus eum ubi hospitatus fuisset nocte preterita, ipse spiritus respondit, prospiciens versus quandam turrim magistri Iacobini, ubi sunt multi columbi, quod ea nocte tetenderat et hospitatus fuit ad capiendos columbos ibidem. Multa quoque mecum et cum multis et plurimis et diversis aliis clare et domestice loquebatur hac si esset vivus, que nimia prolixitate ad presens taceo. Tamen, ut dicebatur, in domo dicti Ioannis aliquando idem spiritus recedebat ab ipso Ioanne, sed ipsum relinquebat sic mutum, quod nullo modo loqui poterat usque quo super ipsum reverteretur, quia tunc spiritus loquebatur per os ipsius Iohannis.

Finito regimine ultrascripti domini Montenarii, quod finivit die XJ° novembris, venit Vincentiam pro potestate dominus Stephanus de Picardis de Verona et de Verona per nostros Dominos missi fuerunt duo prudentes viri iudices, qui, una cum certis civibus Vincentie syndicatoribus ad hec electis, sindicaverunt[1] eundem dominum Montenarium, cui coram sindicatoribus porrecte fuerunt quam multe, varie et diverse querelle, ex quibus honor modicus consequutus fuit, sed pocius opprobrium et dedecus.

[illegible] sindicatu[illegible] domini [illegible] Montenarii

Accusatus etiam et inquisitus fuit per iudicem daciorum et per daciarios vini ad spinam, taliter quod bis consignatus fuit ad carceres: sed per Dominos nostros antedictos relaxatus. Verum instantia dictorum daciariorum Verone per Sapientes et Consilium dictorum Dominorum condemnatus fuit tandem in tanta summa, quod clam affugit Bononiam, et audivi quod quantitas excessit LXXX^m libras.

[illegible]nus Stephanus de Picardis potestas

Nocte veniente ad diem iovis sextum decembris, nata fuit Lodoico Flordelixe quasi statim post mediam noctem.

[illegible]tas Flordelixe [illegible] decessit

1381. Die 23 aprilis, incepte fuerunt fodi fovee LX pedum in latitudine, XL pedum in fundo et XII recte pedum in altitudine circa burgia Sancti Felicis et Portenove pro ipsis burgis cingendis de muro quasi statim et quandam eminentem turrim et portam Sancte Crucis, et supraexcelsam rochetam prope burgum Sancti Felicis, ubi inceperunt dicte fovee.

Incep[illegible] fod[illegible] foveārum Sancti Felicis et Portenove

10. tempore quo vivebat] *in margine* — 22. columbos ibidem] *con* columbos *finisce la riga;* ibidem *fu aggiunto in margine di seguito con inchiostro e caratteri diversi, ma dalla stessa mano* [illegible] — 23. aliis] *tra le righe* - hac si] *prima aveva scritto* ut, *poi cancellato e sostituito con* hac si *tra le righe* — 27. ultrascripti .... Montenarii] *tra le righe* — 31. honor] *in margine* — 36. tandem] *in margine* — 38-39. decessit] *aggiunto poi nella postilla* — 42. Sancte] *nell'autografo è ripetuto due volte* — 43. ubi .... fovee] *agg. di poi da Conforto*

[1] Si può utilmente vedere ciò che scrive intorno al sindacato il dott. Vittorio Franchini nel suo *Saggio di ricerche su l'instituto del podestà nei comuni medievali*, Bologna, 1912, p. 179.

De acceptione per ducem Austrie civitatis Tarvixii

Die xxiiij[a] aprilis [1] serenissimus dux Lipoldus, Austrie inclitus dux, eidem tradito antea dominio civitatis Tarvixii per Venetos, civitatem predictam intravit magnifice et cum maxima comitiva nobilium militum et aliorum armigerorum, amoto exercitu paduano, qui erat contra civitatem. Tamen, eo ibidem existente, rochetam, que erat supra castrum Axilli rebellantem castro, quod ante acceperat, dominus Paduanus obsidione et vi abstulit post paucos sequentes dies ceteraque alia castra et fortilicias vi per ipsum accepta et de novo constructa viriliter retinendo in districtu Tarvixii [2].

Nota quanto tempore duravit guerra contra Tarvixium

Durante guerra, que incepit 1378, de mense iullii, contra Tarvixium, civitas ipsa et districtus eius universus undique igne, gladio, rapine et prede incesanter suppositus fuit, adeo ut rustici quasi omnes, concrematis edibus [3] depopulatisque agris et bonis suis, huc et illuc, quo ut melius potuerunt, se reduxerunt: ex quibus creditur x[m] personarum et ultra in civitatem Vincentie et suo districtu affugisse. Seviente quoque guerra et obsidione contra Tarvixium, timentes cives ad obsidionem et famem et deteriora alia pervenire, multi et quasi omnes indiferenter, maiores et meliores, cum familiis suis, domibus et bonis ipsorum relictis, se in civitate Vincentie et per loca, ubi putabant melius tractari et comoda maiora percipere, se transtulerunt, permanentes usque ad adventum ducis supradicti. Qui vere fuisse creduntur ad numerum xii[m] personarum cuiuscumque condictionis, in civitate et villis. Que omnes persone cum omni comodo et caritate qua potuit a Vincentinis tam in civitate, quam in districtu, benigne et domestice excepte fuerunt [4].

Mur., c. 1156

Cod., c. 11 v

Exercitus contra Xicum de Castelnovo.

1381. Die 25 iunii, dominus Stephanus de Picardis, Vincentie potestas, felici exercitu contra Xichum de Castelnovo [5] cum civibus et exercitu vincentino invasit territorium dicti Xichonis, qui cunctas oves existentes in montaneis vincentinis in pasculo aripuerat, quosdam quoque earum custodes indebite ceperat et carceratos tenebat. Invasit territorium suum irruens acriter armis contratam totam, igni et preda subiiciens villas contrate, blada quoque que in globos in campis erant non excussa, domos quoque villarum Castelnovi, Celvane et Ville cum vino ceterisque rebus inventis depopulatis et rasis, preda immensa, rediit cum exercitu Marosticam die 29 iunii.

Interfectio domini Bartholomei de la Scala.

Die 12 iullii, nocte veniendo ad diem futurum, inventus fuit interfectus dominus Bartholomeus [6] de la Scala in solidum Dominus Verone et Vincentie una cum magnifico fratre suo domino Antonio de la Scala; cum quo etiam interfectus fuit quidam eius famulus Galvanus de Poiana.

6-7. ceteraque.... Tarvisii] *parole scritte tra le righe con inchiostro più nero* — 14. se] *anche prima di* cum familiis *era scritto un altro* se *che poi fu cancellato*

[1] La data è certamente erronea; Gatari, 204, pone il 9 maggio. Ogni dubbio è tolto dal doc. 1750 pubblicato dal Verci (vol. XV, p. 62 dei documenti) che è una lettera del duca stesso in data 9 maggio: ***Heri cum solempni milicia et gente nostra ingressi fuimus civitatem istam Tarvisinam....*** Vedi pure Verci, vol. XV, p. 236 e Chinazzo, *op. cit.* col. 793.

[2] Il Verci, tratto forse in abbaglio dalla cattiva lezione che offre il testo muratoriano appuntò d'errore qui il nostro cronista (Verci, vol. XV, p. 243) quasi egli attribuisse la conquista della Rocca d'Asolo al duca Leopoldo. In realtà, con espressioni non chiarissime, appare tuttavia che il conquistatore qui è il signore di Padova. La caduta di Asolo è posta dai Gatari (p. 203) al 28 d'aprile. Concordano Redusio, *Cronicon* cit., coll. 677-777-778 e Bonifaccio, *Storia* cit., pp. 569-570.

[3] Redusio, *Chronicon* cit., col. 776 conferma il racconto di Conforto, dicendo che Leopoldo *Tarvisium veniens.... illud invenit quasi civibus destitutum, propter continuas et longas guerras quae interpolatim per sedecim annos acte erant, et penuria maxima fatigatum.* Verci, vol. XV, pp. 244-245).

[4] Provvide a questo un apposito bando di Antonio e Bartolomeo della Scala pubblicato dal Verci (vol. XV, doc. 1726, p. 24) per il quale i Trevisani rifugiati erano esenti dalle imposte.

[5] Vedi *Notizie storiche topografiche e religiose della Valsugana e di Primiero* raccolte e compilate da G. Andrea Montebello, Roveredo, 1793. Contiene anche una pianta genealogica dei signori di Caldonazzo. Vedi anche p. 92 e documenti alla fine: Prof. G. Suster, *Bricciche di storia trentino-veneta,* in Atti della Accademia veneto-trentina-istr., nuova serie, anno III-IV (1906-1907), p. 77. Verci non cita altra fonte che la nostra (XV, p. 252).

[6] Cipolla, *Antiche cronache veronesi* cit., pp. 200-201, 246,; De Stefani, *op. cit.*, p. 55 sgg. e nota; vedi G. de Mussis, *Chronicon placentinum* cit., col. 548; Gatari, col. 205; Chinazzo, *Guerra di Chioggia*, col. 797; *Annales mediolanenses*, col. 803. Conforto tace il nome dell'assassino, ma le altre fonti unanimi accusano il

Die sabbati 24 augusti, in civitate Venetiarum cridata fuit pax [1] guerre sevissime, que tanto tempore cruenter viguit inter civitatem Venetiarum et regem Ungarie, Ianuenses quoque et Paduanos, cuius atrocitatem, clades, depopulationes, captiones, insuper et turpissimas mortes impossibile et incredibile esset narrare. *Cridatio pacis inter Venetos et Ianuenses et Paduanos*

Die quoque dominico primo septembris, eadem pax in civitate Padue similiter cridata et divulgata fuit.

Eodem vero anno, fuit per totam Italiam fertilitas et ubertas inmensa cuiuscumque rei, que ex terra exoritur, ubi non sevit grando, in tantum quod omnia victualia et fruges pro nichilo vilipendebantur. Fuit enim vinum eque bonum per totum annum sex libris pro plaustro et minori precio. De bladis nichil scribo quia quasi pro nichilo habebantur. *Quedam immensa terre ubertas*

Eodem anno orida et gravissima tempestas depopulavit et consumpsit, tam bladorum quam vini totius ville et districtus Custoze spem, ita ut oportuit habitatores ipsius ville ire per alienos districtus ad laborandum et mendicandum quosdam pro suo usu. *Grando orrida in Custoza.*

Millesimo CCCLXXXIJ°. Die sabbati ultimo maii, hora XVIIIJ[a] natus fuit Lodoyco filio meo Franciscus, quem Creator omnium eternus Deus et eius plena gratie et summe misericordie Mater Virgo Maria dignentur sanum ad virilem et perfectam etatem perducere et gratia Dei et hominum sit semper cum eo. Amen. *Nativitas Francisci. Decessit Custoze [illegible] die XIV augusti.*

A die XXJ° martii usque ad tertium diem aprilis ultra omnem memoriam fuit tam torridus estus et calor, ut esset in mense iullii. A die vero secundo iunii usque ad diem X aparuit tam grave frigus,' quod exalavit in partibus istis ex nivibus grandinibusque, que oride ceciderunt in partibus feltrinis, ut pre nimio frigore omnes hic fuerunt pannis duplicati et ego idem superadidi mihi unum cassetum de pelle. Audivi quoque quod in partibus illis et quasi toto Foroiulio arbores et vites foliis omnibus spoliatis vise sunt ut in mense decembri. *Quidam immensus estus et quidam inopinatus frigus insuper mortalitas in partibus Foroiulii.* *Cod., c. 12 r*

Impidimia [2] vero et clades devastavit et abstulit in partibus Forojulii, ut fama clara procedit, quasi contra'tam totam, ita ut fere de decem personis vix una remanserit de his qui non sibi providerunt deserendo contratam, se ad sana loca trasferendo. MUR., c. 1257

Electe namque fuerunt tres societates iuvenum astilusorum ex melioribus civibus vincentinis de decem sociis pro qualibet et ultra uno pro qualibet, qui preibat ante quamlibet, actus varios facendo. Hi quoque habebant singulas banderias divisas secundum voluntatem capitis cuiuslibet societatis inductique fuerunt omnes claris vestibus, videlicet unusquisque societatum ad divisam suam, videlicet de panno de Melino cum una manicha camucati de camucato alterius pro quoque, et de veluto pro quoque ad divisam sui prioris. His etiam ornamentis erant inducti hi qui preibant facendo actus. De quorum numero astilusorum cum electus fuisset Lodoycus filius meus, aliqua excusatione tradidi cuidam, qui pro eo astilusit, LVI ducatos auri et unam pulcram sonageriam insuper et unum meum roncinum eidem comodavi. *De magnificentia et alacritate pro conducto uxoris magnifici domini Antonii de la Scala.*

---

12. spem] *in margine* — 14-17. Die sabbati .... Amen] *questo capoverso manca nella stampa del Muratori e nell'autografo è cancellato da linee diagonali che si incrociano; nella postilla le parole* Decessit .... augusti *furono aggiunte poi da Conforto con inchiostro più sbiadito pari a quello delle ultime carte dell'autografo e con mano meno ferma e precisa* — 22. quasi] *tra le righe* — 25. decem] *in margine* — 27-p. 28. l. 13. Electe .... curie] *inchiostro più sbiadito* — 27. astilusorum] *tra le righe* — 34. meus] *tra le righe*

fratello Antonio. I due cadaveri furono poi portati *ante ostium cuiusdam Antonii civis veronensis*. *Chronicon estense* cit., col. 507. Cioè avanti la casa di Antonio Nogarola e fu accusato del delitto Spinetta Malaspina (vedi p. 11, nota 2) che fu condannato e bandito. Per la morte e i funerali di Bartolomeo vedi CARLO CIPOLLA, *La storia scaligera negli archivi di Siena*, in Archivio storico italiano, serie 5[a], tomo XXXV, dispensa 1[a] del 1905, p. 58; *Cronaca breve di Padova*, cod. 149, vol. III della Biblioteca Civica di Padova, c. 75 *r*; OSIO, *op. cit.*, vol. I, p. 221.

[1] Vedi in CASATI, *La guerra di Chioggia* cit. riprodotti per esteso gli atti della pace che si disse da Torino, p. 176 sgg.; VERCI, vol. XV, p. 263. La notizia della pace conclusa era giunta a Venezia il giorno 12. Vedi GATARI, p. 208.

[2] CORRADI, *Annali delle epidemie* cit., p. 256; FRANCESCO MANZANO, *Annali del Friuli*, Udine, 1865, vol. V, anno 1382; *Chronicon Regiense* cit., col. 90; FRIZZI, *Memorie per la storia di Ferrara*, III, 331.

Preterea electi fuerunt decem ex quibuslibet melioribus et maioribus civibus vincentinis, qui honorifice et magno apparatu iverunt Ravenas cum Veronensibus et ambaxiatoribus clarissimi et excelsi domini, domini Antonii de la Scala, pro conducendo Veronam generosam dominam, dominam Samaritanam [1], eius consortem, que intravit Veronam 1382 die....... iunii. Insuper quoque electi sunt xv iuvenes vincentini abiles ad curiam, quorum officium fuit semper preire ante eum, qui ferculum portabat Domino, et stare coram eo, dum ad mensam sedebat. De largitate et magnificentia huius curie non scribo, quia vix crederetur, sed ut de magnitudine aliquid credatur, fuerunt plusquam cc istriones diversarum regionum, qui nova indumenta singuli perceperunt secundum dignitates valoris ad minus x ducatorum pro quoque insuper et pro quoque ducatos plures. De auditu autem par curie non extat memoria, hic a tempore citra, quo strenuus dominus Canisgrandis de la Scala creavit de novo xxxviiij milites, M°III XXVIIJ° de mense novembris, quia nusquam relata fuit tanta largitas et magnitudo curie.

Cod., c. 12 r. Nota de hostia aliquid

Dum quidam iuvenis de Cartrano, die vij° augusti, veniret Vincentiam et esset in partem de Tienis cum suo plaustro ponderato, ultra prata de Tienis, perpendens se suam tunicam amisisse, descendit improvise de plaustro et rediens, ea inventa, dum rediret ad plaustrum suum prospiciens in terram vidit quamdam hostiam, qua accepta et fracta volens ex ea comedere, dicitur ex ipsa sanguinem vivum scaturisse. Ipse enim hoc affirmat et quidam qui supervenerunt similiter. De hoc et de miraculis, que dicuntur ex hoc provenisse, non scribo, nam quidam credunt et aliqui dubitant, tamen pro afirmatione facta est in loco inventionis hostie ecclesia ad titulum et honorem Corporis Christi benedicti.

De transitu ducis Andagavie per Lombardiam in Apulia.

Strenuus et maxime generositatis et potentie dominus dux Andagavie [2] et olim frater serenissimi regis Franchorum, volens acquirere regnum Appulie et totam Italiam subiugare, transivit per Lombardiam, Bononiam, Romandiolam, Tusciam et anchonitanam Marchiam, de mense augusti et septembris, cum xl^{m} equis et vigintiquatuor strenuis et potentissimis baronibus, inter quos fuit comes' Sabaudie [3] apparatu inmensso.

Mur., c. 1258

1. et maioribus] *sovrapposto* — 4. ....] *lo spazio fu lasciato in bianco dall'autore* — 5. sunt] *tra le righe* — 12. novembris] *tra le righe*

[1] Figlia di Guido da Polenta. De Stefani, *op. cit.*, p. 67 sgg. Notevole il ritratto che ne fa il Marzagaia: *De modernis gestis*, in Cipolla, *Cronaca veronese* cit., p. 279; Zagata in Biancolini, *op. cit.*, vol. I, parte ii, 3 scrive: *Madonna Samaritana.... la qual fu de quelli da Ravenna et fu la destrucion de Verona per la sua superbia.* Per i festeggiamenti vedi Corte, *Storia di Verona*, vol. II, libro xii, p. 288: ne dà una descrizione non sincera. Vedi Cipolla, *Gli incunabuli dell'arte della seta in Verona*, in Miscellanea della regia Deputazione veneta di storia patria, vol. IV, Venezia, 1887; Saraina, *Storie* cit., p. 55; Cipolla, *Cronaca veronese* cit., p. 271; Luigi Zanutto, *Fiore di Premariacco, op. cit.*, p. 36, nota 2.

[2] Era fratello di Carlo V e figlio adottivo della regina Giovanna di Napoli. Osio, *Documenti diplomatici* cit., vol. I, p. 231, contiene una notevole testimonianza delle molte ricchezze e del molto esercito che conduceva seco, in una lettera di Bernabò a Ludovico Gonzaga e vi sono dichiarati i fini dai quali era mosso l'Angioino. Quanto al tempo della spedizione: il 25 giugno era a Torino (Osio, *op. cit.*, vol. I, p. 228) il 20 luglio a Milano, e vi era ancora ai 4 d'agosto (Osio, p. 231). Inesatta pare quindi la data che il *Memoriale historicum* del Griffoni (nuova ristampa dei *Rerum*, p. 77) assegna al suo arrivo a Bologna, cioè il 5 d'agosto. Il 18 di agosto era a Bellaria (*Chronicon ariminense, RR. II. SS.*, tomo XV, col. 1382); vedi *Cronicon bergomense*, ibidem, tomo XVI, coll. 851-852; Zagata, *Cronaca veronese* cit., vol. I, parte ii, p. 3; *Chronicon placentinum, RR. II. SS.*, tomo XVI, col. 540. Tutti hanno notizie circa la potenza dell'esercito, con cifre però assai varie. La notizia che egli venisse *ad subjugandam Italiam* fa credere che Conforto fosse informato della bolla con la quale l'antipapa Clemente VII gli assegnò moltissime terre, e, tra l'altre, quelle proprio accennate dal Nostro, cioè la Marca d'Ancona e la Romagna. Leibnitius, *Cod. Iur. gent.*, vol. I, n. 106 cit. da Muratori, *Annali d'Italia;* vedi anche Sozomeni, *Specimen hist., RR. II. SS.*, tomo XVI, coll. 1125-1126; *Chronicon regiense*, ibidem, tomo XVIII, col. 88; Corio, *op. cit.*, 505. Per la nobiltà che lo accompagnava vedi *Annales mediolanenses* cit., coll. 775-776; *Giornali napoletani* cit., XXI, col. 1046. *Annales Bonincontri* cit., p. 42; *Cronyques de Savoye*, in Monumenta historiae patriae, Scriptorum, vol. I, c. 360. Per tutto il fatto vedi Valois, *Expedition et mort de Louis Ier d'Anjou en Italie*, in Revue des questions historiques, nuova serie, vol. XI (1894), p. 105 sgg.

[3] Amedeo VI, detto il Conte Verde (Gabotto, *L'età del Conte Verde in Piemonte*, Torino, 1895). Oltre le *Cronyques de Savoye* sopra citate e il lavoro del Va-

De mense augusti, apparuit clare cometa [1] in ea parte celi, versus ubi incipit occidere sol in mense iunii circa xxii horam diei, quam ego et illi de domo vidimus clare multique alii in civitate Vincentie et toto districtu et multarum civitatum. Erat, ut mihi aparuit, ad instar unius lancee, extendens radios in sursum, claritate erat enim subalbi coloris.

Rex Ungarie ex hac vita disessit [2], die xi septembris, cui successit et coronata fuit rex Maria eius primogenita.

gis Ungarie.

De mense maii cepit pestis [3] et clades inmensa affligere civitatem Venetiarum, cotidie vires sumendo usque quasi per totum mensem novembris. Moriebantur enim, non solum pueri et pauperes, sed et magni, divites et nobiles: quare non solum ex nobilibus, sed ex mediocribus confugerunt cum familiis suis omnibus domibus et civitate relictis ad civitatem Vincentie, qui fuerunt in magna et maxima quantitate. Hi quoque per cives vincentinos benigne et dulciter recepti fuerunt in domibus eorum, prebendo eisdem necessaria et massaricias; qui manserunt usque ad mensem decembris.

Ex hac peste decessit dux Venetiarum [4] xiiij° octobris et quasi tota eius familia.

Inde Paduam invasit hec pestis, deinde Ferrariam et Bononiam Romandiolamque, ita ut studentes timore infectionis, studio relicto, ad propria remearent.

duam, Bononiam, Ferra- ... diolamque in-

Ex hac luce discessit rex Cipri [5], 1382 die 13 octubris, quod fuit de effectibus comete.

Die 22 decembris, 24 ora, per magistrum Facium pisanum deiectata fuit campana ad formam in loco Sancti Michaelis conventus fratrum Heremitarum.

trum Heremitarum.

Die primo decembris, dominus Iacobinus de Langusco comes venit Vincentiam pro potestate, finito regimine domini Stephani de Picardis, qui valde fuit utilis et gratus populo vincentino.

Millesimo CCCLXXXIIJ°. Die xxvj° decembris, inclitus rex Armenie [6] venit Vincentiam cum non maxima comitiva et die sequenti ivit Veronam.

---

1. incipit] *tra le righe* — 7. mense] *tra le righe* — 11. *dopo* maxima *l'autore aveva cominciato* civit. *poi cancellato*

lois, vedi, per le ragioni che lo indussero a seguire l'Angioino, L. SCARABELLI, *Dichiarazioni di documenti di storia piemontese*, in Archivio storico italiano, tomo XIII (1847), p. 112.

[1] Gli *Annales mediolanenses* cit. ne registrano a quest'anno, due (col. 776).

[2] *Annales mediolanenses* (col. 776) pongono la morte ai 15 d'ottobre. Ma la data del Nostro è accolta da tutti. Verci (vol. XVI, p. 25) accusa d'errore Conforto; ANTONII BONFINII, *Rer. Ung.*, decade II, libro x, p. 366.

[3] Fu, secondo il Corradi, *op. cit.*, 526 *la quarta irruzione di peste bubbonica in questo secolo*; Gazata (*Chronicon regiense* cit., tomo XVIII, p. 90) fa salire i morti a cinquantaseimila. FRIZZI, *Memorie per la storia di Ferrara*, vol. III, p. 33.

[4] Michiel Morosini (VERCI, vol. XVI, p. 35): e fu sepolto in San Giovanni e Paolo il giorno 16, com'è attestato dalla iscrizione. SANUDO, col. 748, erra assegnandone la morte ai 16. Era stato eletto il 10 giugno dello stesso anno. CARESINO, cit. tomo XII, col. 470: lo dice morto d'epidemia ai 15 d'ottobre.

[5] Pietro II di Lusignano, conte di Tripoli: nato il 1354, salito al trono il 1369, coronato il 1371, morto il 3, o il 13 d'ottobre 1382. MAS LATRIE, *Histoire de Chypre, Généalogie des rois de Chypre de la famille de Lusignan*, in Archivio veneto, 1881. Aveva sposato il 1378 Valenza Visconti. OSIO, *Documenti diplomatici* cit., vol. I, p. 180, nota 1; *Annales mediolanenses*, col. 777; CORIO, *Historia* cit., p. 503.

[6] Le parole di Conforto e quelle della *Cronaca veronese* edita dall'Orti Manara: *nell'anno 1383 recossi in Verona il re d'Armenia* (p. 47): costituiscono la preziosa testimonianza italiana d'un fatto, che non pare abbia nelle nostre fonti lasciato altra traccia. La cronaca attribuita a Giovanni Dardel, scoperta a Dôle dal signor Ulisse Robert, che ne pubblicò un breve cenno in l'Orient latin (Paris, Leroux, 1884, vol. II, pp. 1-15) contiene un'estesa relazione delle vicende di re Leone VI di Lusignano, dopo la schiavitù nella quale lo avevano tenuto i Mamaluchi che l'avevano fatto prigioniero il 22 aprile del 1375. Questa relazione fu tradotta dalla versione armena che del testo francese compì a Costantinopoli il signor K. Ezeantz, dal compianto prof. Emilio Teza (*Leone VI di Cilicia e frate Giovanni* di E. Teza in Atti del regio istituto veneto, anni 1906-1907, tomo LXVI, disp. v, p. 321 sgg.). Veniva dunque Leone VI, dopo che aveva udito la morte del suo parente Pietro II di Cipro, per tentar di ottenere il dominio su quell'isola e *navigando dal dì 21 del mese di novembre* del 1382, da Rodi, era giunto *nel porto di Venezia, nel giorno 12 del mese di dicembre .... ricevuto con splendida magnificenza.* Chiese aiuti ai Veneziani che non glie li concessero *per il patto d'alleanza tenuto coi Genovesi e .... dopo questo, partì il re, insieme*

Nota de puero [illegible]

In mense novembris preterito natus fuit in terra Marostice puer unus cum uno solo brachio, ceteris membris completus.

Nota puella monstruosa [illegible] videntur prodigia

De mense decembris predicti nata Vincentie Zuliano a Zelaia puella que solo unico brachio habens ceterum erat formosa et completa membrorum.

De maxima planetarum coniunctione

Die dominico ultimo maii, fuit in geminis maxima planetarum coniunctio, videlicet solis, lune, Saturni, Martis, Veneris et Mercurii, quamquam retrogradi. Rogetur Deus ab omnibus.

Adventus ducis Austrie ad civitatem Tarvixii.

Die lune primo iunii, inclitus dux Anstrie, pro tutella civitatis Tarvixii, superbia domini Padue iamdiu undique circumveniente, ipsam civitatem intravit, potenti brachio removens statim obsidentes, et permanxit ibidem usque ad diem 15 mensis iullii [1].

Recessus eiusdem de dicta civitate

Quo die [2] recessit non magna laude, accedens versus propria, relicta tamen civitate quasi omnibus victualibus munita intra spatium treugue unius mensis [3], quam fecit cum Patavo.

Mors comitis Sabaudie

De mense iunii, inclitus et maximus comes Sabaudie, dum esset in exercitu ducis Andagavie contra regem Karolum in Apulia, migravit ad Dominum [4] et fertur quod est in tota regione Apulie tanta pestis et mortalitas, quod tam gentes regis, quam ducis Andagavie ex gravi mortalitate quiescunt intra fines suos.

Cod., c. *13 r.* Orenda mortalitas in toto La[illegible]

Mur., c. 1259

Pestifera et orenda impitimia [5] invasit totam Italiam, sed et civitatem et districtum Vincentie, in mense iunii continue vires sumendo sole sine mensura fervido absque pluvia. Morbus autem erat glandulla febribus acutissimis absque remedio, insuper et cancer.

Nota: de fidelitate canis.

In mense februarii preteriti conductum fuit super quadro [6] lapideo platee civitatis cadaver cuiusdam banniti de Insullis, cuius canis sequutus fuit ipsum et iuxta ipsum usque quasi ad sero super quadro permanxit. Cum vero aliqua causa canis inde recessisset et propinqui detullissent cadaver ad sepeliendum ipsum, cane absente, rediens canis ad quadrum et non invento domino suo, statim rediens, civitate exivit et ivit Insullam, ubi manebat dominus suus, eoque non reperto, statim ea nocte intravit civitatem et stetit super quadrum predictum, qui clare visus fuit ibidem a stipendiariis, qui faciebant custodiam in platea sub stacione merzariorum; et sic, die et nocte qualibet, substinens pondus frigoris, pluvie et caloris, non recedebat a quadro, ni forte per aliquam interpolationem, qua ibat ad querendum sibi cibum, sed statim ad quadrum redibat. Hoc autem duravit per bene octo menses continuos. Hec autem scripsi quia vidi et clare audivi et vidi etiam ipsum iacentem super dicto quadro sepissime; transacto anno per multos menses quasi per biennium tandem creditur ipsum fame et tristitia periisse.

---

8. ipsam civitatem] *tra le righe*

con gli altri che erano con lui, rivolto verso il papa; e passarono per le città dei signori di Padova e di Verona, e in tutte le città e nelle borgate per le quali passavano, principi, cittadini e popolo, tutti lo ricevettono con solenne pompa, venendo in processione a lui; e gli diedero doni e favori. E continuando il re la sua strada giunse in Avignone (Teza, *op. cit.*, p. 327). Di tali accoglienze, scrive il Teza, *nè so trovarne un cenno, nè me lo trova chi vuole cortesemente aiutarmi, interrogando manoscritti nelle Librerie e negli Archivi* (p. 326). Finora dunque unica testimonianza italiana del fatto sono le brevi parole del Nostro e quelle della cronaca scaligera. Per quanto riguarda il fatto e il silenzio delle fonti italiane, vedi L'armeno-veneto, *Compendio storico e documenti delle relazioni degli Armeni coi Veneziani*, Venezia, 1893, parte I, pp. 64, 65. Quanto alla data portata dal Dardel, cioè il 1382, se si considera che il re arrivò a Parigi il 30 giugno del 1384, e che la *Cronachetta* dell'Orti-Manara conferma la data del 1383, può, mi pare, ritenersi erronea. Re Leone si stabilì poi in Francia e vi morì il 29 novembre del 1393. Fu sepolto presso i Celestini di dove la sua tomba, che ancora si conserva, fu trasportata a San Dionigi (Mas Latrie, *Trésor du Chronologie*, p. 1790).

[1] Verci (*op. cit.*, vol. XVI, p. 49) accetta la data di Conforto; A. Gatari (*RR. II. SS.*, tomo XVII, p. 478): Galeazzo e Bartolomeo Gatari (ediz. Medin, 215) pare che accennino ad una entrata del duca ai 23 di maggio.

[2] Verci, vol. XVI, p. 53; A. Gatari (col. 482), dice che partì il 7 luglio.

[3] Galeazzo e Bartolomeo Gatari, p. 215; Verci, vol. XVI, p. 52; A. Gatari, col. 481.

[4] Morì a Santo Stefano, nel contado di Molise, ai primi di marzo del 1383. L. Scaraberri (*Dichiarazione di documenti, op. cit.*, p. 113) lo dice morto di peste; Corradi, *op. cit.*, p. 257: le *Croniques de Savoye* cit., p. 363 e la *Cronica latina Sabaudie*, p. 613 pongono la morte di lui ai 2 di marzo. Vedi anche Mas Latrie, *Trésor* cit.

[5] Corradi, *op. cit.*, vol. I, agli anni 1382-1383.

[6] È il così detto *lapis vituperi* che anche gli statuti padovani chiamano "quadra" e che è ricordato in un documento vicentino del 1345. Andrea Gloria, *La pietra del vituperio*, Padova, 1851.

M°CCCLXXXIIIJ[to]. De mense februarii tradita fuit civitas et dominium Tarvixii per ducem Austrie pecunia [1] domino Padue [2] et totum districtum, excepto Mestre, quod tenent Veneti, qui antea civitatem predictam cum districtu eius libere tradiderant duci predicto, ut tueretur eam a guerra et invasionibus domini Padue predicti eaque conditione sola ipsam civitatem et dominium eiusdem accepit potestatem.

Traditio dominii civitatis Tarvisii domino Padue.

Die xIJ° marcii, finito regimine domini Iacobini de Langusco, quod minime laudatum fuit, venit Vincentiam pro potestate dominus Iacobus de Ursellis de Faventia.

Dominus Iacobus de Ursellis de Faventia potestas Vincentie.

Orrenda et non digna relatu pestis et desolatio afflixit civitatem et undique totum vincentinum districtum anno presenti et per totum annum elapssum. Nam quidam nequissimus et sceleratissimus hominum veronensis venit Vincentiam super factoriam Domini, qui solum summa cura vigilabat quoquo modo ad impinguandum modo quolibet factoriam Domini, inveniens occasiones falaces, non admittens iura alicuius, condemnabat et extorquebat contra Deum et iustitiam in tantum, quod bene remanserunt pauci inexperti huius cladis. Non enim procedebat ad libras denariorum sed ad ducatos, ad centenaria et milliaria ducatorum, nemini parcendo sexui vel etati,' de quibus aflictis iniuste ego, nullis meis admissis iuribus et testibus, condemnatus fui vJ[m] libris parvorum. Nullum enim erat remedium extorsionibus, Dominus enim, credens per officiales suos iusticiam fieri, non audiebat querellas oppressorum. Ipsius vero Domini officiales aliqui ad predam intenti impinguabant se et alios depauperabant, decipientes Dominum, veritatem tacendo de iniusticiis [3]. Et o sic proveniat ceteris similibus ex consiliariis, ut evenit uni, super omnibus nequam, qui iugulatus ferro, divisus fuit in frusta, nomine Antonius de Leniatico [4], cancellarius curie.

De orrenda afflictione civitatis per factoriam Domini.

Parli dunque anche in questa raccolta l'Acciaioli ai posteri lontani, quasi a chiarire con la sua voce le notizie, che su lui ha raccolte il buon Speziale fiorentino del '400. Non credo del resto inutile, anche per la nostra storia letteraria, riprodurre un singolare testo volgare del nostro Mezzogiorno della metà del '300, quale è la lettera alla Corte di Avignone, in una forma molto più corretta e conforme all'originale di quella offertaci dal Tanfani, suo primo editore.

Il Tanfani nel pubblicarla [1], divisa in cinquantasette paragrafi e preceduta da un sommario, seguì esclusivamente l'unico codice che la riporta intera: il Laurenziano, LXI, 13. Tale codice era già assai noto, perchè, oltre alla descrizione che ne fece il Bandini nel suo catalogo [2], ne parla a lungo il Mehus nel suo libro su Lapo di Castiglionchio [3]. È un membranaceo in parte della fine del sec. XIV o dei primi del sec. XV, in parte della metà di quest'ultimo secolo, di cc. 35, di mm. 240 × 350, mutilo in principio, che contiene l'Epistola di Lapo da Castiglionchio al figlio Bernardo sull'origine della propria famiglia, insieme con due lettere di risposta dello stesso Bernardo, nella prima delle quali questi dichiara di aver fatto trascrivere elegantemente lo scritto del padre “ e insieme in uno volume legare un'altra solenne “ epistola destinata a Corte di Roma per lo magnifico Cavaliere Messer Niccola degli “ Acciaiuoli „ [4]. Quest'ultima nel nostro manoscritto è copiata da c. 25 *v* a c. 32 *r*, di seguito alle lettere di Bernardo, dallo stesso amanuense, un “ maestro Marcatino di “ Bartolo Marcatini medico, medico exciellentissimo „, come risulta da un'annotazione aggiunta in calce. Si trovano di seguito riportate, di carattere un po' più recente, due lettere di Francesco da Castiglionchio a suo padre Alberto sull'incoronazione di Carlo III di Durazzo e sulla morte dello zio Lapo avvenuta a Roma il 27 giugno 1381. Infine una annotazione autografa dell'ultimo dei figli di Lapo, Averardo, ancor vivente nel 1452 [5].

---

[1] A pp. 211 sgg. dell'*op. cit.*

[2] Vol. V, pp. 245 sgg.

[3] *Epistola.... di messer Lapo di Castiglionchio.... colla vita del medesimo*, Bologna, 1753, pp. VII sgg.

[4] *Op. cit.*, p. 137.

[5] Nella biblioteca privata della famiglia Ricasoli-

Checchè ne pensi il Mehus [1], non ostante le belle miniature e gli elegantissimi fregi che adornano le membrane del ms., esso non può identificarsi con la trascrizione fatta eseguire da Bernardo il quale non accenna affatto di aver fatto inserire nella copia le proprie lettere; il codice invece è con ogni probabilità una copia derivata da quella di Bernardo per uso di un qualche membro della stessa famiglia.

Nel codice Laurenziano la lettera dell'Acciaioli (preceduta dalla didascalia: " Questi sono certi capitoli d'una lettera, la quale fece messer Niccola degli Acciaioli, " grande siniscalco di madama la Regina di Napoli, a scusatione di certe cose di " che egli era abominato in Corte di Roma „) è riferita in lezione scorrettissima; abbonda infatti di omissioni e di deformazioni di parole tali da non render possibile in molti punti di trarne un senso qualsiasi. Non sappiamo, se tali mende fossero proprie del codice fatto redigere da Bernardo da Castiglionchio o si debbano a quel " medico exciellentissimo „, che vergò il ms. Laurenziano; ma certamente la lettera così tramandata è assai disforme dal suo originale.

Invece una buona metà dello scritto dell'Acciaioli è copiato molto più accuratamente da c. 32 *r* a c. c. 35 *v* dal Magliabechiano, II-IV-110 (già VI, 114; prov. Strozzi in folio n. 489), un cartaceo del sec. XV di 37 carte, misurante mm. 310 × 210 [2]. L'amanuense vi ricopiò vari scritti storici e infine la lettera facendola precedere dalla seguente avvertenza: " Agnolo de' Soderini di Firenze essendo a " Vignone, dove Papa Urbano cholla Corte di Roma allora risiedea, scrisse una lettera " a mess. Niccola Acciaioli, grande siniscalco de' Regno, significandoli per coscienza " del detto Papa, come l'Apostolica Sede avea avute di lui molte male informazioni; " per la qual cosa quanto più tosto potesse dovesse ire davanti allo detto Papa Urbano " e riducere al vero la mala oppinione e informazione, che di lui s'era presa. Al " quale Agnolo lo detto Siniscalco scrisse una grande lettera, volendo che l'amore " del Papa verso di lui si raddrizzasse, perchè allora era impedito e non potea per" sonalmente andare alla sua presenza. E la detta lettera sigillata e soscritta messer " Francesco Bruni di Firenze, segretario del Papa, mandò a Vignone al sopra detto " Agnolo Soderini. La quale disse cosa etc. „.

Però lo stesso amanuense, arrivato appena alla metà, e cioè alle parole " pure per " li dicti favorabili principi et constanti mezzi, in quantunque mortalmente periculo" sissimi, la fine di quella guerra fu „ [3], troncò la copia lasciando in bianco le ultime

---

Firidolfi si trova una buona copia quattrocentesca del codice Laurenziano (ms. n. 47 antico 43); è un cartaceo della metà del sec. XV eccetto la prima carta mancante e supplita con altra di mano più recente. Per concessione del rimpianto barone Alberto Ricasoli-Firidolfi potei esaminare il codice insieme coll'egregio sig. dott. Antonio Gigli, cui rendo le debite grazie. Il codice può utilmente supplire il Laurenziano nella prima parte dell'Epistola a Lapo che manca in quest'ultimo.

Presso la stessa famiglia Ricasoli si conservano le reliquie dell'antico archivio Acciaioli. È da augurarsi che quando che sia esso venga riordinato, e possa così essere concesso agli studiosi di esaminarne le carte. Credo però che nulla di nuovo si potrà trovare riguardo a Niccola Acciaioli, dopo le lunghe indagini praticate nell'Archivio Acciaioli molti anni or sono dal Buchon.

[1] *Op. cit.*, p. VII.

[2] Cf. Mazzatinti, *Inventari*, vol. X, p. 124.

[3] Al paragrafo XXXV secondo la divisione del Tanfani.

due carte del codice, una delle quali fu, nel secolo seguente, riempita con una lettera di Giovanni da Empoli. Tale interruzione deve deplorarsi, perchè la lezione del codice appare ottima.

Ad essa, molto più del Laurenziano già ricordato, si avvicina una trascrizione del sec. XVII, pure incompleta, e per di più meno corretta e caratterizzata da stranissime inversioni delle varie parti della lettera. Ce la offre a c. 56 segg. il Magliabechiano II-IV-322 (già XXV, 556, prov. Strozzi n. 956 in folio), miscellaneo di mm. 270 × 200 [1].

Di seguito al titolo: " Risposta di Niccola Acciaioli, gran siniscalcho del Regno " di Napoli, a Agnolo Soderini in corte del Papa per le doglianze che facevan di lui, " che fusse arricchito, e impoverito il Regno di Napoli che non dessi il tributo al " Papa; e però si difende il Gran Siniscalco, che il Papa lo chiamava a Roma e non " vuole andare ", è riportata la lettera dalle parole " tanti di bene vivere; oppinione " allo postucto etc. " [2] fino a quelle " possidere una onesta e cattolica quiete de anima " et de corpo, overo che questo piccolissimo tempo " [3]; immediatamente dopo le quali (c. 62 del ms.) il copista senza alcun segno di interruzione risalendo alle prime pagine della lettera prende a scrivere " bene falcite di nobilissima companea di gente " d'arme discurrente quasi tutto lo Reame " [4] e seguita fino a raggiungere a c. 71 le parole dalle quali aveva principiato la copia [5].

Come ho già avvertito il testo di questo codice (*S b*) si avvicina all'altro Strozziano (*S a*) più del Laurenziano (*L*), ma è assai meno corretto. Se ne avvide lo Strozzi, che lo emendò di sua mano in vari punti e, a c. 62, completò il periodo lasciato in tronco dall'amanuense nel passar bruscamente da un punto della lettera all'altro. Non sappiamo di quale manoscritto si sia servito lo Strozzi per queste correzioni (che indicheremo colla lettera Σ); certo non del Laurenziano, forse di un altro esemplare della lettera, che si trovava da p. 79 a p. 116 dell'antica filza Strozziana 1239 *RR* (ora I, 371 di quelle conservate nel R. Archivio di Stato di Firenze), pagine ora mancanti [6].

Nel pubblicare la lettera ho dapprima seguito *S a*, correggendolo solo di rado con *L* e con *S b*, le cui divergenze dal manoscritto base ho segnato nelle varianti insieme colle correzioni dello Strozzi (Σ); quando *S a* mi è venuto meno ho riprodotto il testo di *L* (che solo riporta per intero la lettera), cercando di emendarlo con *S b* e con Σ fino e dove essi giungono; quando poi anche essi mi hanno abbandonato,

---

[1] Cf. MAZZATINTI, *Inventari*, XI, p. 26.

Nella stessa maniera e collo stesso titolo la lettera è riferita a cc. 1-19 del Vaticano Barberiniano latino 5282 del sec. XVII. Non tengo conto di questo codice, che, se pur non è una copia del Magliabechiano, è ad esso perfettamente conforme.

[2] Son del paragrafo XLV secondo la divisione del Tanfani. *Tanti* è la seconda metà della parola *desideranti*, la cui prima parte si legge alla fine del ms.

[3] Paragrafo LV del Tanfani.

[4] Paragrafo IV del Tanfani.

[5] Le ultime parole trascritte sono: " m'è paruto " expediente di scrivervi parte delle cause generanti " alla mea Donna e a tutti li suoi sudditi deside[ranti] " (paragrafo XLV del Tanfani).

[6] Si apprende dall'indice che la lettera era intitolata: " Lettera di Niccola Acciaioli a Agnolo Soderini ". La mancanza delle pagine fu constatata fin dal 1850. Cf. *Inventario delle Carte Strozziane del R. Archivio di Stato di Firenze*, I serie, vol. II, p. 830.

ho tentato, avvertendolo volta per volta nelle varianti, di togliere gli errori più evidenti del codice. In testa alla lettera ho ripubblicato il sommario del Tanfani, e, nei margini, al principio di ciascuno dei paragrafi in cui egli ha diviso la lettera, ho segnato tra parentesi quadra il numero relativo.

Presento dunque agli studiosi la lettera di Niccola Acciaioli in forma molto migliore di quel che non l'abbia data il Tanfani. L'esame dei vari codici mi ha poi permesso di stabilire, che essa non fu diretta, come suppose lo stesso Tanfani [1], a un Angelo di Iacopo Acciaioli; era invece indirizzata (come consta dalle avvertenze prepostele in *Sa* e *Sb* e dal titolo della copia, ora perduta, compresa nella filza strozziana I, 371) [2] a un Angelo d'Albizzo Soderini, ricchissimo mercante fiorentino, stabilitosi ad Avignone, ove morì nel 1377 [3], cui fu fatta pervenire per mezzo di Francesco Bruni, fiorentino, segretario pontificio, che forse allora si trovava in Corte di Napoli e che l'Acciaioli chiama a testimonio delle sue disavventure [4].

Di nessuno dei due testamenti si conserva l'originale. Il più antico fu edito dal Tanfani nel contesto della sua monografia sull'Acciaioli [5], senza alcuna indicazione del registro da cui fu desunto. Di quello del 1359, una copia della metà del sec. XVI si trova a c. 43 del Riccardiano 2078; un'altra del secolo seguente è tra le carte di Certosa conservate nell'Archivio di Firenze (filza 216, inserto 46); e il Buchon nel pubblicarlo [6] tenne presenti questi due esemplari. Mi si riferisce, che un'altra copia, pure tarda, è posseduta dai Frati della Certosa Fiorentina [7]. Nel ripubblicare i due testamenti ho riprodotto con poche correzioni il testo del Tanfani e quello del Buchon, che ho collazionato coi manoscritti da cui fu tratto. Per comodità del lettore ho posto innanzi ai due documenti un breve sommario e ho indicato in margine tra parentesi i numeri progressivi dei paragrafi nei quali mi è parso opportuno dividerli.

Firenze, ultimo del 1933, XII.

GINO SCARAMELLA.

---

[1] *Op. cit.*, p. 145 n. 1 e 108 n. 1.

[2] Cf. pp. XV e XVI.

[3] Così il PASSERINI, *Genealogia e Storia della famiglia Soderini*, ms. nella Nazionale Fiorentina (ms. Passerini, n. 44), c. 180.

[4] Cf. paragrafo XXIV del Tanfani.

[5] *Op. cit.*, p. 28 sgg.

[6] *Op. cit.*, p. 161 sgg.

[7] Notizia gentilmente favoritami dall'egregio sig. Ispettore Giuseppe Bacchi.

IN VITAM NICOLAI ACCIAJOLI

Auctore Matthaeo Palmerio

PRAEFATIO LUDOVICI ANTONII MURATORII

INTER praestantissimos viros Seculi a Christo nato Decimi quarti nomen sibi perenne quaesivit *Nicolaus Acciajolus*, Patria Florentinus, anno 1310 natus, anno 1366 e vivis ereptus. Ex nobili ac ditissima Familia procreatus, Mercaturae primo pro more illorum temporum operam dedit, ac Neapolim ea de causa profectus est. Tum ad politica consilia adhibitus sub Ludovico Tarentinorum Principe, ac subinde Rege Apuliae, ejusque coniuge Iohanna I Regina, per difficillima tempora in eorum aula et comitiva constans, incredibili fide, sapientia, ac solertia, ardua negotia tum belli tum pacis tractavit. Magnus propterea Siciliae, sive Apuliae Senescallus creatus fuit, summaque auctoritate veluti alter a Rege, Neapolitanum Regnum rexit, et magnificas legationes ad Carolum IV Imperatorem, et ad Innocentium VI Romanum Pontificem obivit; insignium quoque ditionum ac fortunarum copia ei parta est, tum propria virtute, tum Regum munificentia. Quod autem Julius Niger in Histor. Scriptor. Florentin. pag. 420 ubi Acciajoli Vitam conjecit, scribat, plerosque huiusmodi honorum eidem collatos a *Roberto Rege Neapolis*, Historiam minime consentientem habet, uti Lector infra deprehendet. Neque minus incaute Ughellius in Catal. Archiep. Florentin. num. 48 de Angelo II Acciajolo scribens, laudavit *Nicolae magni Regni Marescialli Iurisconsulti memoriam gloriosam.* Non Maresciallus, sed Senescallus; non Iurisconsultus, sed vir militari gloria celebris Nicolaus Acciajolus appellandus ei fuit. Eximius ergo Vir Nicolaus dignus plane erat, cujus Vitam egregius aliquis Scriptor contexeret, et gesta ad posterorum memoriam literis mandaret. Et hanc revera provinciam sibi suscepit *Matthaeus Palmerius*, Patria et ipse Florentinus, nobili loco natus, et ex eruditione sua, Librisque editis inter Litterarum cultores notus, ac jamdudum celebratus a Iacopo Philippo Bergomense, Iovio, Gaddio, Poccianto, Bellarmino, Vossio, aliisque rei Literariae scriptoribus. Sub initium Seculi Christianae Aerae Decimi quincti Palmerius natus creditur; idque et ergo censerem, nisi a Volaterrano teste satis idoneo didicissem, eum *ad ultimam pervenisse senectutem.* Quum ergo ejus mors ad annum 1475 referatur, suspicioni locus est, ipsum citius in lucem editum fuisse, hoc est sub finem seculi XIV.

Seriem librorum, quos aut edidit, aut scriptos reliquit Palmerius, minime a me Lector expectet, sed de ea re consulat Bergomensem, et Nigrum supra memoratos ac praesertim Tomum X Ephemerid. Literat. Ital. ubi accuratissimus Vir Apostolus Zenus, quae de Palmerii Opuscolis habet Vossius ad trutinam revocavit, multaque addidit ad eius Vitam melius dignoscendam peropportuna. Nunc mihi repetendum, debere nos Palmerio *Vitam*, quam nunc publici juris facio. *Latine vero*, inquit Bergomensis de Scriptore hoc, *Vitam clarissimi Nicolai Acciajoli composuit.* Auctor est ipse Palmerius in Praefatione, se Vitae huius conscribendae consilium cepisse, postquam *Vexillatum cum Adoardo Acciajolo* gessisset. Scipio Admiratus nullam Adoardi huius mentionem fecit; diserte tamen narrat, delatum fuisse a Republica Florentina supremum Vexillatus munus (hoc est *il Confalonierato*) Matthaeo Palmerio Anno 1453. Itaque post eum Annum collegit ille ex praecedentibus Chronicis atque monumentis, quaecumque de Acciajolo rescire potuit; et inde natus Commentarius iste, quam revera non ex omni parte novum in lucem educo. Is enim in Italicam Linguam conversus a Donato Acciajolo editus jam fuit Anno 1588 Florentiae una cum Historia Ubaldinae Familiae. Quod ergo novum ego do, Latinus textus est Palmerii ipsius, luci numquam antea redditus, et longe pluris quam eius versio faciendus. Hunc autem mihi impetravit humanissimus, multisque nominibus mihi commendandus Ignatius Maria Comus Patritius Neapolitanus a doctissimo Viro Petro Polidoro Neritino, cujus in me benevolentiam si dixero singularem, grati profecto animi munus implebo. Is autem monuit, descriptum fuisse Commentarium hunc e duobus MStis Codicibus, quorum alter anti-

quior et optimae notae, adservatur penes Illustriss. et Reverendiss. D. Antonium Sanfelicem nunc celebratissimum Neritinorum Episcopum; alter vero prostat in Bibliotheca Episcopii Neritini ab eodem munificentissimo Antistite erecta, et selectis voluminibus instructa. Atque haec pauca dicenda habui de Vita Nicolai Acciajoli. Qui Neapolitanam Historiam a magni nominis viro Angelo Costantii scriptam attente pependerit, facile animadverteret, quam opportune hocce Opuscolo usus ille fuerit ad illustrandum Regnum Iohannae I eiusque mariti Ludovici Tarentini.

Sed postquam haec scripseram, immo et proelo subjeceram, significavit mihi per literas supra laudatus Comus, mei amantissimus, ac amoeniorum literarum Cultor egregius, me ob alterum beneficium hactenus mihi ignotum obstrictum esse eruditioni ac humanitati nuper memorati Petri Polidori. Nimirum Tom. VII huius meae Collectionis Ephemerides Neapolitanas edidi, scriptas a Matthaeo Spinello, addita in eos erudita censura, cuius Auctorem appellavi Iohannem Bernardinum Tafurium Neritinum, eruditum videlicet Amicum meum, a quo eandem revera acceperam, quum tamen foetus illa sit eiusdem Polidori non Patria *Neritini*, sed quidem *Lancianensis*. Itaque ego, quod alios ante me jam fecisse audio, atque ipse Tafurius ut fieret postulavit, vero parenti Polidoro Censuram illam restitutam volo, simulque rogo doctissimum Virum, ut aliis foetibus de Historia, praecipue Neapolitana, bene mereri pergat.

MATTHEI PALMERII

VITA NICOLAI ACCIAIOLI

TAVOLA DELLE ABBREVIAZIONI

NEL TESTO E NELLE VARIANTI.

L	=	Laurenziano, LXIII, 30.
M	=	Moreniano, n. 246.
MUR.	=	Ediz. Muratoriana della *Vita* (Milano, 1728).

NELLE NOTE.

G. V.	=	*Giovanni Villani*, Cronica.
M. V.	=	*Matteo Villani*, Cronica.
F. V.	=	*Filippo Villani*, Vita di Niccola Acciaioli.
Lett. Acc.	=	*Lettera di Niccola Acciaioli a Angelo Soderini* (24 dicembre 1364), edita in Appendice I.
I Test. Acc.	=	*Testamento di Niccola Acciaioli del 1338*, edito in Appendice II.
II Test. Acc.	=	*Testamento di Niccola Acciaioli del 1359*, edito in Appendice III.

MATTHEI PALMERII

L., c. 151 r
MUR., 1201

PRAEFATIO IN VITA NICOLAI ACCIAIOLI FELICITER INCIPIT

Hominum generi est a natura tributum, ut virtutum et rerum gestarum gloriam apud posteros appetant, et quanto magis ingenio et viribus prestant, tanto magis id affectare videantur; nec solum sibi, sed civitati et patrie amplissime dilatari gloriam optent. Gentem quippe nullam videmus, neque tam mitem atque doctam, neque tam ferocem atque rudem, que, si posset, non vellet nationibus ceteris prevalere et suam egregii facinoris famam quam longam efficere.

Prestantissimi in quovis genere vite viri id magnificum precipue et appetendum ducunt, quod, et laudem ipsorum illustrat, et memoriam diuturnam potissimum efficit. Nullas memorie proditum est fuisse rationes, neque civitates, quibus aliquid dignitatis aut virium fuerit, que non voluerint, et suarum rerum gloria frui, et ipsorum' famam apud posteros splendidissimam MUR., 1202 fore. Summis preterea viris, qui de contemnenda gloria scripserunt, adeo innatum insitumque animo erat id ipsum, quod contennere conabantur, ut eisdem libris, in quibus contennendam esse gloriam persuadebant, sua nomina ob gloriam inscriberent.

Neque preter rationem evenire putandum est id, quod est nature hominum apprime consentaneum. Nam, cum ex animo et corpore constet omnis homo, ea que corporis sunt, terrena quippe sunt et cum belluis nobis communia, que vero sunt animi, divinam participationem habent et sunt communia cum creaturis celestibus.

Celestia eterna sunt; unde et homines eternitatem appetunt: et, si quis non appeteret, aut partem tantum haberet, quam relique bellue, nihil animum sentiens, cuius vitam morti simillimam puto; aut divina gratia purgationem adeptus, que hominis sunt, obliviscitur, illumque divinum iudico, et iam per se se eternum esse. Homines vero, quibus animi cura est, bonis artibus animum colunt, et illum ea ducunt via, qua itur in celum: corpoream vero partem non omnino negligendam ducunt, sed tanquam suam in terra recolendam, ideoque desiderant illam oblivioni' et fato preripere, et memoriam sui posteritati relinquere, arbitrantes post cor- MUR. 1203 poris' mortem hanc esse in terra corporis vitam, admirationem sue durare virtutis et rerum L., c. 152 v gestarum gloriam pervagari. Nec cuiquam mirum sit, si magnarum rerum auctores gloriam querant, cum videamus in minoribus artibus unumquenque se magistrum credi et nuncupari voluisse.

Omnes itaque homines diuturnam gloriam sibi pariter optant; verum qui bonas artes non habent, omnes falluntur. Boni vero, licet res magnas et memorabiles agant, non tamen omnes diuturnam gloriam assecuntur.

---

1. Palmerii] florentini *agg.* *L* - vita] vitam MUR. — 4. viribus] virtutibus *M* - prestant] praestat MUR. — 5. videantur] videatur MUR. — 6. videmus] videbis *corr. in* videmus *M* - neque] nec MUR. - ferocem] forocem *M* — 11. que] *agg.* et MUR. — 12. et suarum] et *omm.* MUR. - ipsorum] ipsarum MUR. — 13. insitumque] *omm.* MUR. — 16. apprime] maxime MUR. — 17. ea] et MUR. — 21. cuius] eius MUR. — 21-22. simillimam morti] morti simillimam MUR. — 23. iudico] iudicio *M* — 27. admirationem] amirationem *M* — 29. videamus] iubeamus *M* — 30. voluisse] velle MUR.

Non enim qui res magnas fecere, sed quorum facta probe scripta sunt, gloriam habent. Credere quidem consentaneum est, et id doctissimi viri affirmant, multas fuisse nobilissimas gentes, multos vixisse excellentissimos viros, qui res maximas magnificasque gessere, quarum nulla memoria durat, non quia memorande non fuerint, sed scriptore et litteris caruerunt.

Cum igitur res magnas fecisse, per se diuturnam gloriam non habeat, nisi litteris illustretur, condolendum quippe puto excellentissimis viris, quorum res geste scriptorum negligentia periere. Nam et ipsi honore suo, quem maximum virtutis esse premium duco, carent, et aliis nullum rerum gerendarum amorem, qui a probatis plerunque elevatur exemplis, excitare possunt.

Hec ipsa mecum aliquando reputans, sicut inhumanum atque odiosum arbitrabar aliene invidere virtuti, ita perhumanum atque gratissimum putabam aliorum virtutes et gesta in memoriam posterorum colligere.

Cui opinioni cum iampridem inhererem, accidit, ut vexillatum cum Adoardo Acciaiolo gererem. A quo quidem viro dignitatem nostri collegii plurimum exornatam audeo dicere. Post initam in eo magistratu carissimam inter nos simul cum republica societatem, eodem multum usus sum viro, quicum iocunda consuetudine sedulo versatus, in parentis eum loco colebam. Hic, cum mihi illustrium virorum dicta factaque narraret, tum sepius Nicolaum Acciaiolum, tanquam prestantissimum in sua familia et in nostra civitate natum virum, laudabat. Cuius recordatione compluries excitus, illius gesta requisivi, in quibus opinione superatus longe plura ac digniora comperi his, que narrante Adoardo auscultaram. Illum itaque diligere cepi, et mecum ipse condolere, egregium virum, summis honoribus dignum, illaudatum *L., c. 153 r* videre. Statui igitur de eius vita et moribus, quod in variis sparsum legeram locis, carptim colligere et uni volumini inserere. Qua in re, si tanti viri praestantiam, ut digna est, minus celebremus, voluntatem certe conficiendi minime defuisse ostendamus. Et talis viri memoria ac recordatio nostris, ut arbitror, civibus iocunda sane et utilissima erit.

---

1. fecere] facere *L* — 4. sed] sed quia MUR. - caruerunt] caruere MUR. — — 5. habeat] bent *L* — 8. elevatur] elevatum *M* — 14. exornatam] exortatam *L* — 15. initam] unitam *L* — 16. multum] sepius *L* — 17. Nicolaum] Nicolaium *M* — 20. itaque] igitur MUR. — 23. et.... inserere] *omm.* MUR. — 24. ostendamus] ostendemus *L*

MATTHEI PALMERII
VITA NICOLAI ACCIAIOLI FELICITER INCIPIT

Acciaiolorum familiam Florentie precipuam, et iam pridem non in Italia solum verum apud exteras quoque nationes claram, ex Brixia, nobili Cisalpine Gallie civitate, originem duxisse creditum est. Et id quidem nonnulla demostrant; nam et eius populi insigne, sive ob egregia suorum merita illis quondam donatum, vel, quod in ea urbe dominatum iam habuerint, servatum, sive ab eorum progenitoribus, tanquam sue antique ci'vitatis monimentum, acceptum, huius familie domus observant et ferunt. Mur., 1204

Et calibs, quem patrio sermone acciaium vocamus, unde huius familie nomen derivatum esse videtur, ab eminentibus Brixiae montibus effossus in eamque urbem delatus, inde per universam Italiam devehitur. Arma propria Brixie

Huius familie quidam maiores viri industria solertiaque prestantes, cum olim ad huius generis mercaturam se se abunde dedissent, oportunitate loci allecti, Florentie tabernam aperuere, unde calibem Brixia devectum actissime commutarent.

Post declinationem Romani Imperii multe barbere gentes variis temporibus Italiam oppressere usque ad Longobardorum expulsionem, qui externarum nationum ultimi Italiam possederunt. Post liberatam vero externo dominatu Italiam, Florentia continuo florentissima Etruscorum urbs fuit. Florentini namque industria atque solertia vicinis omnibus terra prevalebant, et maria omnia navigantes, per universas inadibilesque pene nonnunquam mundi regiones suas commutando merces, copiosam omni genere rerum mercaturam sedulo pertractabant.

Hec igitur causa potissima fuit, cur Acciaioli peroportunam primum mansionem Florentie deligerent; ibique laudatissima liberalitate ac fide negotium suum pertractantes, non longo tempore ingentes sibi divitias conquisivere. Locupletissimi inde facti, non solum Florentie calibum tabernam, verum etiam multis in locis' et nummulariam et aliarum rerum societates habuere. L. c. 157v Que cum diu summa et indubitata fide permansissent, multorum, ut fit, pecunias in manus suas contraxere. Hinc nobiles facti, et Florentie, iam aucta progenie, varios sunt honores adepti; nam et florentinos omnes magistratus procedente tempore tenuere, et dignitates multas ac varios per Italiam principatus rexere.

Apud exteras quoque nationes plures huius familie prestantissimi viri claruerunt. Quidam in Sicilia insignes. Nonnulli autem in Alexandria Niliacaque regione tractandis negotiis integritate et fide nominatissimi. Barbari etiam in Africa Numidie reges Dardano olim, Dardano

---

1. Mattei.... incipit] *omm. M*: Incipit vita Nicolai Acciaioli Mur. — 3. iam] sane Mur. — 4. verum] verum etiam Mur. — 6. huius] huis *L* — 10. eamque] eandem *M* - Ialiam] Italia *L* — 14. actissime] aptissime Mur. — 15. barbere] barbarae Mur. — 19. navigantes] navigante *M* - pene] penae *M* — 20. pertractabant] pertactabant *M* — 22. ac] et Mur. — 24. nummulariam] munulariam Mur. — 29. viri] *omm. M* — 30. Alexandria] Alexandrina Mur. — 31. nominatissimi; extiterunt *agg.* Mur.

magno et excellenti huius familie viro, et vectigalium curam demandarunt, et prima eum sui regni gubernacula regere temperareque iusserunt. In Hispania preterea, et apud Francorum Reges, per reliquam vero Galliam universamque Germaniam, plerique eorum insignes et egregii viri fuere. Quidam etiam huius familie mercatores, qui apud Britannos negotiari consueverant, in ea insula iamdudum fide et opulentia claruerunt. Per Pannoniam vero atque Illiricum illustris hec olim progenies fuit; in illis namque provinciis a Romanorum Imperatoribus nobiles quidam Acciaiolee stirpis viri variis insigniti sunt titulis atque dignitatibus illustrati. In Achaia autem ac Peloponesso Acciaiolorum quondam gesta pro maximis celebrantur, et usque in nostram etatem Thebarum Athenarumque et aliarum civitatum atque locorum principatus in illis provinciis regunt et possident. Iuxta Bizantium in constantinopolitani Imperatoris aula insignes huius familie viri honoratissimi vixere, et adhuc apud eundem Imperatorem quidam sunt ex hac prosapia splendidissimi proceres. Pontificia vero munera quecumque sunt adepti, et apud summum Pontificem cardinalatus et venerabiles omnes Ecclesie functi dignitates. Nulla fere insignis potentia fuit, nulla certe nostris auribus cele-
Mur., 1205
brata patria, in qua' excellentes Acciaiolee gentis viri non fuerint, vel mercaturis pertractandisque negotiis fide et integritate nominatissimi, vel in pace bellove regendis provinciis virtute et gloria prestantes.

Domi in populari Florentinorum republica huius familie viri, civilem equalitatem cum ce-
L., c. 154 r
teris civibus continuo servantes, ingenti benevolentia communique' omnium favore quoscunque florentini populi honores consecuti sunt. Quorum aliqui licet prius in gubernatione civitatis plurimum prefuerint, primus tamen ex hac familia prioratum, maximum florentine reipublice ma-
Dominus Leo 1252
gistratum, populi suffragio cepit Leo, vir disciplina iuris civilis eruditissimus, tertio prioratu, quartum vero post mensem, quo Priores Artium publicis edibus inclusi esse ceperunt. Erat enim magistratus bimestris. Eorum plerique deinceps functi sunt honoribus summis. Nam procedente tempore questuris iurive dicundo domi forisve prepositi, laudabili dignitate honoratissimos magistratus gessere. In castris interdum, nonnunquam vero et domi, publicam belli curam gerentes, prudentia rectoque consilio plurimum domi iuvere, et strenue foris pugnantes gloriam ingentem retulere. Publicas etiam legationes pluries in gravissimis civitatis causis honore summo obiere, donec, per huius nostri Nicolai adolescentiam, a Gualterio, falso Atheniensium
Angelus presul 1342
duce, Florentie occupata tirannide civilibusque in eum coniurationibus factis, Angelus, civitatis presul, vir huius familie prudenti consilio summaque auctoritate preditus, princeps fuerit recuperande libertatis, ob idque quatuordecim viris collega datus ad rempublicam conformandam ordinandamque, post expulsionem tiranni, civitatem.

In tam insigni celebrataque familie natus est Nicolaus pridie Idus septembris, paululum ante lucem, anno Christiane salutis .MCCCX.

De patre Nicolai. 1310

Eius pater Acciaiolus vir re et existimatione magna fuit, qui et prioratum, summum florentini populi magistratum, bis honorifice gessit, et plures alias dignitates ac prefecturas, interdum in urbe, nonnunquam vero et foris, summa tenens gravitate, omnia pereque ministravit. Interim tamen per socios atque actores continuo mercaturis intentus, variis in locis maximi crediti societates habuit, inter quas locupletissimam et indubitate fidei Neapoli constituit, ibique Roberto, Apulie et Sicilie regi, nonnunquam bello emuncto, grandi societatis pecunia auxiliatus est. Quare [1] et summam ab eo gratiam reportavit, et nonnullos per Apu-
Acciaiolus
liam honores. Pratum preterea, nobile oppidum non longe a Florentia positum, ab eo Rege

---

6. namque] enim Mur. — 7. sunt] *omm.* Mur. — 8. ac] et Mur. - Peloponnesso] Peloponneso Mur. — 9. atque] et Mur. — 11. honoratissimi] hornatissimi *M* — 12. Pontificia] Pontificii *L M* — 13. quecumque] quoque Mur. — 14. functi] sunt *agg.* Mur. — 15. patria] provincia Mur. — 16. bellove] belloque Mur. — 19. quoscunque] quosque *M* — 25. dicundo] dicendo *M* - forisve] forisque Mur. — 26. vero et] *omm.* Mur. — 28. Publicas .... pluries] Pluries etiam legationes publicas Mur. — 33. civitatem] a civitate Mur. — 36. existimatione] aestimatione Mur. — 40. quas] quos *L*

[1] *Quare... possedit* (p. 6, l. 42-p. 7, l. 1)] Cf. *Lett. Acc.*, XLVI.

acceptum possedit. Uxorem habuit Guglielminam, ex nobili Pactiorum familia Florentie progenitam, ex qua unicum superstitem' habuit filium Nicolaum Acciaiolum, de cuius vita, quia memoria et litteris digna fuit, dicere aggrediamur. *L., c. 154 v*

Nicolaus Acciaiolus, annum agens octavum et decimum, uxorem[1] duxit Margaritam ex divite atque illustri Spinorum familia genitam. Ex ea quatuor genuit filios, qui et equestribus insigniti sunt titulis et principatus in Apulia rexere. Triennio fere postquam uxorem duxerat, Neapolim[2] est profectus ad curam paterne societatis, in qua non diu versatus, cum esset forma conspicuus, procero corpore atque robusto, humanus tamen ac modestus, et summa preditus prudentia, ingenio callens cum egregia industria, vir utique ex sui natura ad maiora erectus, non inservire mercature, sed maio'ra regere ac gubernare cupiebat. Per hec tempora[3] Philippus, Tarentinorum princeps et Roberti Apulie regis frater, nature concedens decesserat, Katherinam uxorem relinquens Caroli Volesiani filiam, ex qua tres filios superstites reliquit, Robertum etate grandiorem, Philippum secundo natum loco, et Ludovicum in puerili etate. Sed quia quodammodo erant adolescentes, et domesticis tantum educati deliciis, mollitie preterea et lascivia labantes, eos sub tutela matris reliquit, illamque ad tempus principem esse iussit. Nicolai vita — Mur. 126 — Robertus Philippus, Ludovicus fratres

Erat enim, ut traditur, dignissima, nempe mulier gravi predita auctoritate ac virtute, viro longe magis ac mulieri persimilis. Huic Nicolaus Acciaiolus de industria gratificatus, quia egregia erat forma et ad gerendum quecunque negotia apprime aptus, illi potissimum carissimus fuit. Illa enim vidua iuvenes etate et moribus habens filios, et curam gerens rerum maximarum, Nicolao plura demandabat, que ille prudenter et tanta fide ac diligentia ministrabat, ut mirum in modum sue Principi placeret. Quod cum plerunque pari integritate mature perfecisset, ab illa universam pene principatus curam gubernationemque suscepit, nec minus filiorum educationem et mores illi pariter commisit Acciaiolus, arduam et difficilem provinciam aggressus, labantes primum neapolitana mollitie filiorum mores ad virtutem regalemque dignitatem reduxit. Dominatum vero summa subditorum benevolentia et egregia Katherine principis filiorumque dignitate conservavit.

Dum itaque familiarem ac publicam gubernationem pene solus obiret, et prefecturas administrationesque principatus quasi suo arbitrio concederet ac deponeret, adversam virtuti' invidiam evitare non potuit. Nam qui quondam[4] apud Tarentinorum Principem nobiles fuerant et amplis honoribus usi, quod per huius Nicolai assumptionem suo fuerint honore depositi, indigne quidem acerbeque ferebant. Hinc illum varie carpentes, in filiorum Principis aures murmura primum et vociferationes, ac inde, cum iam se continere non possent, pungentes calunniarum aculeos pleno ore evomebant; tantoque demum exarsere animo, ut adolescentibus matris stupra cum Nicolao habita persuadere conarentur. At ille[5] virtute et prudentia omnia superabat, et in dies matri simul et filiis carior erat, nec quicquam ab illis gerebatur, in quo Nicolai consilium aut opera non interesset. *L., c. 155 r*

---

5. et] *omm.* *L* — 6. Apulia] Apulie *L* — 8. ac] et Mur. — 10. mercature] mercatore *L* — 11-12. decesserat] decepserat *M* — 12. Volesiani] Valesiani Mur. — 14. tantum educati] educati tantum Mur. — 15. labantes] labentes *M e* Mur. — 19. ad] a *M* — 20. iuvenes] iuvene *L* - gerens] habens Mur. — 21. et tante] tantaque Mur. — 23. illa] illam pene *L* - pene] *omm.* *L* — 24. illi pariter] pariter filiorum illi Mur. - et] ac *L* — 26. benevolentia] benivolentia *L* — 29. virtuti] virtutem *M* — 30. evitare] vitare Mur. - Tarentinorum] Tarentinum Mur. — 33. murmura] murmur Mur. — 34. calunniarum] caluminiarum *L* — 36. omnia] iniurias Mur. — 37. aut] et Mur.

[1] *Uxorem .... rexere* (ll. 4-6)] Dal *Il Test. Acc.*, *passim*, si rileva il nome della moglie e il numero dei figli; non l'età di Niccola al momento del matrimonio.

[2] *Neapolim .... cupiebat* (ll. 7-10)] cf. F. V., *Vita Acc.*; M. V., III, 9.

[3] *Per hec tempora .... commisit* (ll. 11-24)] cf. F. V., *Vita Acc.*; M. V., III, 9.

[4] *Nam qui quondam .... conarentur* (ll. 30-35)] cf. F. V., *Vita Acc.*; la voce anche in G. V., XII, 85.

[5] *At ille .... applicuere* (p. 7, l. 35-p. 8, l. 6)] cf. M. V., III, 9; *Lett. Acc.*, L.

Interim expedivit illustrem Dominam in Greciam transire ad ordinandum civitates, quibus dominabatur, et semina quedam discordiarum inter prepotentes viros reprimere. Ad has res componendas dirigendasque provincias Nicolaum potissimum adiutorem delegit, et illum in provinciam duxit, in qua, omnia tute honorificeque per Nicolaum componens, illum honoratissimum reddidit, et sibi dignitatem amplissimam comparavit.

Mox inde, revocantibus rebus, in Italiam navigantes, Neapolim applicuere. Nec multo post [1] Robertus, natu maior Principis filius, quingentos deligens equites, quos in Calabriam ob provincie tutelam mitteret, eis Ludovicum fratrem iuniorem prefecit; cui, quia annorum natus quindecim erat, nec per se satis ad ducendum aptus, consilio matris Acciaiolum ipsum, equestribus insignitum titulis, veluti tirunculo veteranum preceptorem dedit, eumque monuit, ut in omnibus illi obtemperaret et, quecunque monuisset, observaret et coleret. Acciaiolus

Mur., 1307

igitur cum Ludovico et delectis equitibus in provinciam profectus, strenui ducis et iustissimi gubernatoris sibi nomen vindicavit. Vir enim erat ad comprimendum hostium motus bellicosus et acer; in regendo autem humanus et continens. Ludovicus bone indolis adolescens, egregia Nicolai observans facinora et quanta integritate et fide singula peragebat, in dies eum magis magisque colebat, adeo ut se et omnia sua in illius manus libere traderet. Ille quanto maiorem sibi adhiberi fidem cernebat, tanto maiori sinceritate et diligentia gubernabat. Sic inter eos mutuus continuo excrescens reciprocabatur amor.

L., c. 153 v

Accidit interea per nefarium scelus inopina Andree mors, cui Apulie et Sicilie regnum debebatur, que maximorum discordiarum causa fuit. Pro quarum rerum notitia paulo altius exordiendum reor.

De familia Apulorum Regum

Robertus [2], nepos illius Caroli, qui primus ex regali Francorum familia in Sicilia regnum obtinuit, fratrem habuit natu maiorem Carolum nomine, cui post mortem patris Apulie et Sicilie regnum debebatur. Hic, adolescenti etate a patre in Pannoniam missus, regnum illic obtinuit ex hereditate materna. Moriente inde post aliquot annos patre, quia Carolum longinquitate alienatum non satis reminiscebantur populi, et amplum preterea in Pannoniis possidere regnum existimabatur, Robertum, per omnem etatem in Italia educatum et egregia insuper indole preditum, communis omnium intuebatur favor. Robertus igitur in Apulie et Sicilie regno successit. Huic filius unicus fuit, Carolus et ipse nomine, qui admodum iuvenis defunctus est, Iohannam et Mariam solum relinquens, que parvule adhuc apud Robertum avum educabantur. Carolus vero [3], Ungarie rex, filium itidem Carolum habuit, cui duo filii superstites fuere, Ludovicus et Andreas. Huic admodum adolescenti Robertus senex et absque virili prole, quasi conscientie debitum recognoscens, Iohannam neptem uxorem dederat, et illum in Apulia ac Sicilia post sui mortem regnare iusserat. Non multo [4] post, cum Robertus morbo et etate confectus vite finem posuisset, nec intra se satis per etatem Andreas et Iohanna matrimonio convenirent, et Regina grandior parum dignitatis et minus consilii recipere posse ab adolescenti viro existimaret, nec deessent, qui illam irritarent, eo usque odia processere, ut per Regine fauctores Andreas maritus laqueo necaretur. Cuius necis suspicio tetigit omnes regie familie, qui per Apuliam dominabantur, principes, quasi singuli regno inhiantes omnes consensissent.

Perpetrato facinore Nicolaus Acciaiolus, ad amplificandum Ludovicum principem suum accurate deditus, hanc opportunitatem nactus, statim animum induxit, quoad posset, eniti,

9. natus] *omm.* Mur. — 11. obtemperaret] obtemperare *M* — 18. excrescens] crescens Mur. — 24. Pannoniam] Panoniam *L* — 34. ac] et Mur. — 35. et] atque *L* — 37. adolescenti] adolescente Mur. — 39. quasi] *omm.* *M* — 40-41. consensissent. Perpetrato facinore] consensissent perpetrato facinori Mur.

[1] *Nec multo post .... amor* (ll. 6-18)] cf. M. V., III, 9.

[2] *Robertus .... educabantur* (ll. 22-31)] cf. M. V., I, 9; il nome della secondogenita, *ibid.*, I, 10 e 11.

[3] *Carolus vero .... iusserat* (ll. 31-34)] cf. M. V., I, 9; anche G. V., XII, 10.

[4] *Non multo .... consensissent* (ll. 34-40)] cf. G. V., XII, 51; e M. V., I, 9.

ut Iohanna Ludovicum maritum susciperet. Inerat enim Ludovico praeter regiam nobilitatem gratissima cuique species, forma egregia, et in ipso adolescentie flore constitutus, iucundissimam pre se ferebat ila'ritatem cum ingenua honestate atque modestia. Nicolaus[1] igitur *L., c. 150 r* primum cum matre adolescentis conventionem fecit, ac inde Reginam ex composito seorsum adeunt, et rem persuadentes, opera maxime Nicolai, Regina consensit. Accepta fide[2], et coniunctionem facere ipsa cupiente, Ludovicus renuebat, sanguinitatis vinculum, nisi per licentiam Romani Pontificis, violare non audens. Nicolaus nihil tuti in procrastinatione recognoscens, assentiente Regina, adolescentem in aulam regiam adducit, ibique, remotis' Mur., 1205 arbitris, eum renitentem, manu lacertoque deprehensum, ad genitalem thorum traduxit. Sic coniunctione[3] prius facta et matrimonio inde publicato, Clemens VI, tunc pontifex romanus, fieri posse concessit.

Nicolaus igitur Acciaiolus per hunc modum adolescentis matri carissimus factus, et Regine maritoque acceptissimus, universum regnum suo fere iure regebat. Nam, uti est hominum natura, et maxime principum, proclivis advoluptatem, ambo, delitiis domesticis dediti, iocunde viventes, delectationem tantum animi atque corporis perquirebant, omnem vero gubernandi curam, tanquam sue voluptatis nocumento datam, Nicolao demandabant. Cui tantam adhibuerant fidem, ut ab eo nihil non recte fieri posse arbitrarentur. Satis prospera itaque fortuna in initio regni gubernacula retinebant: mox vero adventus Regis Ungarie omnia perturbavit.

Ludovicus[4] enim, Ungarie rex, sceleratam Andree fratris mortem ulcisci vi et armis Ludovicus Ungarie cupiens, maximo e Pannoniis movens exercitu, per Sirmium vadens, Italiam ingreditur, acceleratoque per Venetiam itinere, Flamineam petens, omnium pene, qua iret, adiutus favore, auctoqne continuo exercitu, per Picentes et Samnium Apuliam formidabili barbarorum intravit exercitu.

Ludovicus interim Tarentinus[5] et Regina uxor, postquam adventum Regis Ungarie persensere, et in se se maximam belli molem confluere cernebant, Nicolai Acciaioli freti consilio, prepotentes regie familie principes, qui coniunctissimo agnationis gradu sibi astricti per Apulie Regnum dominabantur, ad se vocant. Ostendunt se omnes suspectos esse regie mortis, quam vindicare sanguine et cede ardet potentissimus Rex; si vicerit, tantum ei licere, quantum velit: incertum esse, quid effrenis ira concupiscat, ut satiari possit.' De com- *L., c. 156 r* muni itaque agi salute monent, et se omnes facile tutari posse ostendunt, si simul conentur; si ex transverso agant, actum esse de eorum salute; quibus de rebus sibi caveant, et quid agendum sit provideant.

Hec cum accepissent, quisque eorum intra se eadem et plura alia reputans, et maxime quia suspicio perpetrate cedis publice tangebat omnes, in communem salutem convenere.

Hinc se ad tutelam preparantes, Regina cum fidis fautoribus in munitissimo neapolitane civitatis castello se communivit. Ludovicus vero, eius vir, cum Roberto et Philippo fratribus ac ceteris regie familie principibus, congregatis supra tribus equitum milibus et maximo

---

2. cuique species] eiusque speciei Mur. — 5-6. et coniunctionem facere ipsa cupiente] coniunctionem ipso facere cupiente *M*; coniuctione facere ipso cupiente *L* — 7-8. recognoscens] cognoscens Mur. — 9. genitalem] genitale *L*; genialem Mur. — 10. coniunctione) coniuctione *L* — 15. animi atque curporis] corporis atque animi *M* — 16. sue] *omm.* Mur. - voluptatis] voluptati *L* — 17, fieri] fidei Mur. - Satis prospera itaque] Itaque satis prospera Mur. — 21. Sirmium] Sirinium *L* — 22. Flamineam] Flaminiam Mur. - iret] iter fuerat Mur. — 25-26. persensere] presensere *M* — 27. astricti] adstricti Mur. — 29. ardet] audet Mur. — 30. effrenis] e frenis *L* — 31. posse ostendunt] ostendunt posse Mur. — 33. provideant] prevideant *L* — 37. civitatis] urbis *L*

[1] *Nicolaus.... consensit* (ll. 3-5)] cf. G. V., XII, 75; M. V., I, 9 e III, 9; F. V., *Vita Acc.*

[2] *Accepta fide.... traduxit* (ll. 5-9)] cf. M. V., I, 9; e F. V., *Vita Acc.*

[3] *et matrimonio.... concessit* (ll. 10-11)] cf. M. V., I, 9.

[4] *Ludovicus.... exercitu* (ll. 20-24)] cf. G. V., XII, 107.

[5] *Ludovicus interim Tarentinus.... predicerent* (p. 9, l. 25-p. 10, l. 11)] cf. G. V., XII, 111.

peditum numero, Capuam convenit. Inde enim, quia ampla ibi planities adversis convallium intercepta angulis arctiorem aditum facit, qua Vulturnus defluit amnis, constituerant obviam progredi et hostes a transitu fluminis prohibere: quod non difficile factu videbatur. Et, si fecissent, interclusi hostes, cum Neapolim pervadere non possent, inferiores videbantur fore.

Ludovicus interim, Ungarie rex, cum iam appropinquasset et Capue transitum validis custodiri presidiis cognovisset, diverso a Capua aditu montanum iter ingressus, longe superiori vado Vulturnum, ubi tenuis est, transiens, per morconensem alifiensemque agrum Beneventum cum omnibus copiis traduxit. Neapolitani, accepto regii transitus nuntio, statim Beneventum oratores misere, qui perblanda ac benigna oratione Regi gratularentur, civitatem offerrent, pacem orarent et se tanquam ad legiptimum Caroli successorem parituros
Mur., 1209 esse predicerent.

Per eosdem dies [1] principes illi, qui Capue convenerant, non satis inter se confidentes, relicto cum admodum pauco comitatu Ludovico, Neapolim venerunt.

Ioanna interim regina, omnia hec intra se reputans, ac se pene derelictam et in gravi periculo constitutam esse dolens, tribus assumptis longis navibus, quas ad hanc necessitatem in portu preparaverat, clam intempesta solvens nocte, in Narbonensem navigavit et Massiliam se recepit.

Ludovicus itaque Tarentinus et Nicolaus Acciaiolus, sese penitus destitutos videntes, cum Capuam adversus potentissimum Regem defendi non posse certum esset, ne ab infesto
L, c. 157v interciperentur Rege, celerrimo gradu Neapolim iter arripiunt. Eo cum venissent et' recedere quanto citius cuperent, nec navis adesset valida, consumptam prope naviculam ascendentes et iuxta litus anxie navigantes, in senensem agrum applicuere. Inde in florentinum profecti agrum, in Nicolai Acciaioli villam se se recepere.

Ludovicus [2], Ungarie rex, non multo post, Benevento movens, cum omni exercitu profectus Aversam venit. Ibi ad honorandum [3] eum omnes regie familie principes, qui Neapolim primo confugerant, offerentes ei munera, convenere, quorum precipui fuerunt Robertus et Philippus, Tarentinorum principes filii ac Ludovici fratres, Carolus, Durachiensium dux, cum Ludovico ac Roberto fratribus, qui omnes et Carolo, Ludovici regis Ungarie patri, fratres fuerant patrueles, et scelerate Andree mortis, quam Rex vendicaturus advenerat, conscios fuisse credebatur, et in armis cum Ludovico Tarentino Capue contra Regem fuerant. Verum, sive coacti, eo quod nescirent quo se verterent, sive cognationis confidentia, Regem cum suppliciis adeunt, et sibi liberisque tantummodo vitam petunt, cetera omnia Regi tradunt.

Rex ilari primo eos recipiens vultu, benigne et grato affatur sermone. Post vero diem quartum laute preparato convivio splendidissime illos accepit. Remote mense, et percommode accepto productoque sermone, cum Rex animi gratia quedam spatia se equitare velle dixisset, statim omnes in equos prosiliere. Tum Rex adduci precepit in eum locum, in quo Andreas frater necatus fuerat; quo cum venisset, Rex vindictam exposcens, dato signo, Carolum, Durachiensium ducem, qui Mariam, Iohanne regine sororem, uxorem habebat, necari iussit, et in eum crudelitates quasdam fecit, que in Andream fratrem facte memorabantur. Reliquos omnes regii generis, qui ad eum venerant, captivos in Pannoniam misit.

---

1. convenit] convenere Mur. — 2. constituerant] constituerunt Mur. — 7. transiens] transitus Mur. — 16. Narbonensem] Nambonensem *L* — 16-17. et.... recepit] *omm. L* — 19. esset] esse *M* — 21. navis] manis *L* — 22. iuxta] vix Mur. — 24-25. profectus] *omm.* Mur. — 26. fuerunt] fuere Mur. — 28. ac] et Mur. — 30. conscios] conscii Mur. - credebatur] credebantur Mur. — 32. cum supplicis] tum suppliciis *L*; supplices Mur. — 34. eos] *omm.* Mur. - benigne] benigno Mur. — 35. remote mense] remota mensa Mur. — 38. necatus fuerat] fuerat necatus Mur.

[1] *Per eosdem dies.... applicuere* (ll. 12-22)] cf. G. V., XII, 112 e M. V., III, 9.

[2] *Ludovicus.... venit* (ll. 24-25)] cf. G. V., XII, 112.

[3] *Ibi ad honorandum.... misit* (ll. 25-41)] cf. M. V., I, 10.

Postero vero die [1] Rex insigni pompa Neapolim profectus, acclamante populo, dominus civitatis efficitur. Nulla post hec penitus resistentia fuit, quin, ultro se dedentibus populis, universum statim Regnum possederit, preter Melphim [2], celebre Nicolai Acciaioli oppidum, quod Laurentius eius filius vi summa defendens, septem menses obsidionem toleravit, donec diffisi hostes abiere.

Dum igitur [3] in comparando sibi Regno detineretur Rex, et vi aut voluntate subigeret populos, Ludovicus Tarentinus metu extorris, inops, et parvo admodum comitatu, privatis tantum Nicolai Acciaioli opibus consilioque adiutus, in eius, ut diximus, villa degebat. Cupiebat vera Nicolaus illum Florentiam ducere et illius inopie publice subveniri sedulo procurabat; at Florentini, quoniam illius familie domestice erant discordie et res atrocissima tractabatur, ut neutre parti 'favere viderentur, nihil exhibere constituunt. Hac itaque spe [4] deposita et quo se verteret anxio nobilissimo principe, Acciaiolus inquit:

" Hominum est, Ludovice, non continua prosperitate succedere, meliora tamen et sperare " et sequi, que non torpore et negligentia preparantur, sed industria et vigilantia rectoque " consilio omnia prospere cedunt. Fortune vis est quibus facultatibus meliora consectemur. " Tu olim in patria opulentus, nunc metu profugus alienis opibus indiges; superest non te" nue mihi patrimonium, nec deerunt cognati amicique, quorum uti pecunia liceat. Quecunque " habeo tua sunt, et inter nos omnia communia. Utere igitur, quoniam sic fortuna vult, " privatis fidelissimi tui facultatibus, et te rebus serva melioribus. Transeamus ad Reginam " et quid facto opus sit conveniamus. Ego nusquam saluti tue utilitatique deero ".

Ludovicus: " Me et quecunque mihi supersunt tibi committo, et tue mando fidei " respondit.

Nicolaus [5] igitur, et suo et alieno ere comparato, Angelum Acciaiolum, Florentinorum presulem existimande auctoritatis virum exoravit, ut secum iter faceret; hac maxime causa adductus, quia Clemens, pontifex romanus, a quo multa Ludovicus et Regina impetrare cupiebant, per id temporis Avinione morabatur et Angelum ipsum, iam antea sibi et presentia et virtutibus cognitum, plurimum diligebat. Pisas igitur simul profecti indeque navi vecti in Narbonensem pervenere. Verum, quia acceperant Iohannam reginam a Massiliensibus, tunc cum Rege Francorum contendentibus, ne illi faveret, quasi honesto carcere Massilie esse retentam, Massiliensium portum vitarunt, et ad Regis Francorum vicinum oppidum in terram egressi sunt. Inde Avinionem, qua primum possunt, petunt, et Pontificem adeunt, per cuius concessionem non multo post Regine liberationem ottinent. Massilia itaque post hec Regina profecta cum Ludovico coniuge Avinionem honorifice ingreditur. Habebat enim tunc Regina in ea civitate iura dominii et ei annuos Avinionenses persolvebant census.

Stantibus [6] tali conditione rebus, sequitur annus qui nostre salutis MCCCXLVIII numeratur, in quo pestis iam pridem cepta insigni strage per universam pene Italiam desevire cepit. Que, cum iam Brutios et Calabros ac universum Apulie Regnum inficere cepisset, et in dies magis obreperet, tantaque augmentaretur sevitia, ut solo contactu passim vulgaret morbos, et tabe ac pestifero odore inficeret validos, et egros biduo aut minori temporis spatio

---

7. extorris] ex terris *M* — 8. consilioque] consiliisque MUR. - eius] cuius MUR. — 10. illius] ipsius MUR. — 11. neutre] neutri MUR. — 12. deposita] deposito *L* — 14. sequi] licet *add.* MUR. - et] *omm.* MUR. — 15. est] *segue in M e* MUR. *un segno di mancanza* - consectemur] conseptemur *M* — 18. quoniam] quando *L* — 20. utilitatique] voluntatique MUR. — 23. existimande] existimate *L* — 24. Regina] regiam *L* — 26. igitur simul] simul igitur MUR. — 28. ne] nec *M* — 29-30. in terram .... possunt] portu MUR. — 30. possunt] possum *M* — 31. ottinent] obtinet MUR. — 32. enim] *omm.* MUR. - ea] *omm.* MUR. — 35. desevire] deservire *L* — 36. Brutios] Brucios *M* — 38. et tabe] ac tabe MUR. - spatio] spacio *L*; statio MUR.

[1] *Postero vero die .... possederit* (ll. 1-3)] cf. M. V., I, 12.

[2] *preter Melphim .... abiere* (ll. 3-5)] cf. M. V., I, 12 e *Lett. Acc.*, LIV.

[3] *Dum igitur .... constituunt* (ll. 6-11)] cf. F. V., XII, 115; v. anche M. V., III, 9.

[4] *Hac itaque spe .... respondit* (ll. 11-21)] cf. M. V., III, 9, che parla genericamente d'incoraggiamenti dell'Acciaioli a Luigi di Taranto.

[5] *Nicolaus .... census* (ll. 22-23)] cf. G. V., XII, 115.

[6] *Stantibus .... constituit* (p. 11, l. 34-p. 12, l. 2)] cf. M. V., I, 13.

conficeret, ingens mortis formido Ludovicum, Ungarie regem, invasit, qua deterritus in Pannoniam aufugere quam celerrime constituit.

Cum duos igitur [1] precipuos sui exercitus haberet ductores, Corradum scilicet cognomento Lupum et Guernerium, Germanos ambos genere, Corradum in bello et pace temerarie inconsiderateque prefecit. Illius etiam fratrem Guelfortem firmo presidio custodie munitissime arcis in Regio Castro Neapoli preposuit. Qua re Guernerium, qui numquam prius virtute et gestis Corrado quicquam concesserat, altius offendit, affirmantem se perfidie a Rege notatum. Quare ex eo tempore ira et indignatione anxius cogitare ea cepit, quibus et Corrado detraheret, et regiis inceptis impedimento foret.

Rex [2], cum hoc previdisset, statim nullo penitus sciente, sola navi longa in Iliricos transfretavit, et inde in Pannoniam domum iter prosequitur. Mox preter communem omnium
MUR., 1211 spem regia recessio publicata est, que amicos omnes vehementer offendit. Inimici vero, et qui per eius adventum declinationem patiebantur, in spem maximam erecti sunt.

Quod postquam [3] citato nuntio Regine advolavit aures, illa in spem adducta, Nicolaum Acciaiolum sevocat, et, quid facto opus sit, consulitur.

Pecuniam primo, quoad possunt, parant, et, quia penuria aderat maxima, amicos benevolosque et singulos sue partis prelatos Nicolaus, Regine ac Ludovici nomine, adiens, a quibuscunque potuit, persuasione et precibus, traxit; nec proprio patrimonio amicisque pepercit, sed, a quocunque potuit, emunxit. Et, cum hec sufficere minime viderentur, expediente re, iura dominatus, que Regina in civitatem populumque avinionensem habebat, romano Pontifici vendidit, et ab eodem tunc primum Pontifice Ludovicus titulos regios accepit.

L., c. 158 v Preparata itaque grandi pecunia, Nicolaus Acciaiolus, qui classem pararent, prefecit. Ipse vero quanto maximis potuit itineribus Neapolim contendit, et tanta in principes suos caritate flagravit, ut pro eorum salute nihil pensi haberet: non pestem acerrimam, non civitates ingredi, quas hostis nomine barbari custodiebant, non per inimicorum insidias et in neapolitana civitate et per reliquam provinciam principes Regi Ungarie infensos adire, et cuiuscunque conditionis homines ac maxime prepotentes civitatum duces in societatem allicere aut ab hoste avertere. Quod haud difficile fuit, tumentibus iam pridem animis, quod in barbarorum potestate Rex civitates reliquisset. Neapoli primum et Capue nobiliores in amicitiam reduxit et, cum pluribus eorum convenctione facta, Regine atque Ludovici reditum componit. Et uti rem [4] magis stabiliret, Guernerium, regii exercitus ducem, iam pridem Corradi prepositione, ut supra narravimus, gravatum, cum equitibus mille ducentis conduxit. Et, cum prius nec sibi nec suo patrimonio pepercisset ob Ludovici salutem, nunc filiis haud pepercit, nam cum stipendiorum solutionem integram non haberet, duos filios Guarnerio obsides mercedis dedit.

Misso inde [5] celeriter nuntio Reginam Ludovicumque revocavit. Illi decem longis navibus Massiliensium portu solventes, per Salitium, Ligurum atque Etruscorum oras, Neapolim petiere. Verum, quia civitas hostium nomine tenebatur, neapolitanum portum vitantes, suburbano litore iuxta Carmeliticorum basilicam statione facta naves applicuerunt.

In eum locum Neapolitani, iam per Nicolaum antea compositi, illos salutatum venere, gratulantes, quod id, quod maxime optaverant, e barbarorum scilicet eripi manibus, iam as-

5. etiam] autem *M* - presidio] predio *M* — 6. arcis] aticis *M* - Guernerium] Guarnerium MUR. — 7. affirmantem] affirmans MUR. - Rege] Rege esse MUR. — 8. Corrado] quicquam *agg. M* — 10. hoc] haec MUR. - longa] *omm. L* — 15. sevocat] ad se vocat MUR. - consulitur] consulit MUR. — 17. prelatos] praelatus *M* — 25. hostis] hostes MUR. - per] *omm.* MUR. — 29. Neapoli] Neapolim MUR. — 31. uti] ut MUR. — 33. cum prius] quum alias MUR. — 37. Salitium] Salutium MUR. — 38. vitantes] vitantes, in MUR. — 41. gratulantes.... maxime] *omm. L*

[1] *Cum duos igitur.... foret* (ll. 3-9)] cf. M. V., I, 13.

[2] *Rex.... erecti sunt* (ll. 10-13)] cf. M. V., I, 14 e 16.

[3] *Quod postquam.... componit* (ll. 14-31)] cf. M. V., I, 18; in particolare per l'opera dell'Acciaioli in questa circostanza, III, 9.

[4] *Et uti rem.... dedit* (ll. 31-35)] cf. M. V., I, 18 e *Lett. Acc.*, VI.

[5] *Misso inde.... introduxere* (p. 12, l. 36-p. 13, l. 2)] cf. M. V., I, 19.

secuti esse viderentur. Postera vero die ferie publice indicte sunt, et festum celebrantes summa suorum gratulatione eos introduxere.

Iohanna et Ludovicus

Dum hec [1] agerentur, qui a Rege prepositi arces tenebant, contra populi voluntatem nihil moliri audentes, se inclusos continebant. Peractis itaque solennibus et ad expugnandum arces animis erectis, rei bellice Nicolaus a Ludovico Reginaque preficitur. Ille statim, convocatis amicorum auxiliis et comparatis insuper tumultuarie cohortibus, Santermianam primum expugnare adoritur. Custodes, cum se tenere potuissent, spe auxilii deposita, nil hostile molientes, arcem dedidere. Ad Capuanam inde venientes pari et illam facilitate receperunt.' Hinc profecti Ovum, munitissimum natura oppidum in promontorii' eminentia positum, invadunt. Qui id tenebant, multa obsidentium cede tutabantur. Nicolaus, ne milites trepidatione deiecti expavescerent, suos revocat, nec amplius vi oppugnandum statuit, sed terrestre aditum sui natura impeditum presidio imposito clausit. Oppidani, conspicientes se a terra inclusos et Ungarie Regem nihil habere maritimarum virium, non multo post oppidum concessere. Restabat in urbe castellum munitissimum, in quo regia erat domus: arce et menibus id erat validum, et a Guelforte firmo Germanorum tenebatur presidio. Vi igitur expugnare Nicolaus minime ratus, aut precibus eos sibi adiungere, aut pecunia corrumpere statuit. Que postquam frustra tentavit, cum in dies illi magis se ad tutelam communirent, animum duxit arcem undique cingere et facultatem commeatus obsessis auferre. Verum, quia eius pars mari circumluitur, non solum terra includere, sed etiam maritimam oportunitatem prohibere intendit. Duabus primum speculatoriis navibus custodiri portum inbet; ipse curat opus et vallo fossa circundat, circunductisque impedimentis arcem ab urbe intersepsit. Quibus monimentis vallati interclusique, cum nec ingredi, nec egredi quisquam posset, longa maceratione expugnati cessere.

Neapolitane arces expugnate

L., c. 159 r
MUR. 1212

Varii [2] inde per universum Regnum casus subsecuntur. Nam Ludovicus ipse Tarentinus, recepta iam libere civitate, ad recuperandum Regnum animum adauxit. Nicolao Acciaiolo universam provinciam destinat firmatque eum belli ducem.

Nicolaus statim ad bellum, quod gesturus erat, animum intendit, et primum ad solicitandos principum animos filium suum per provinciam mittit. Ipse interim milites describit; arma, equos et cetera instrumenta militie parat: Neapolitanis Capuanisque auxiliantibus, undique auxilia arcessere iubet. Equitibus vero suis germanos addidit equites sub Guernerio duce conductos. Ex Apulia preterea equites contraxit et a principibus, qui sue parti favebant, alios accepit, qui omnes in castris recepti equites fuerunt ad MMD et ingens peditum numerus.

Ludovicus, tam validum equitatum peditatumque conspiciens, in castra progredi statuit. Profectus igitur per Nicolaum cuncta gerebat, ipse tantum presentia et auctoritate iuvabat. Primum itaque contra Apictiensem' Comitem, qui diversas sectabatur partes, duxit, et illum ad deditionem brevi coëgit. Patentem [3] inde Apulie petens agrum, Luceriam urbem populo assentiente potitur. Pannonii, qui presidio erant, relicta urbe in arcem se reduxere. Ludovicus, quia munitissima erat et genus inerat hominum bellicosum et audax, ne a maioribus rebus moraretur, neapolitane arcis usus exemplo, illam vallo fossaque precinxit et, custodiis

L., c. 150 v
Apictiensis Comes

3. prepositi] prepisiti *M* — 5. preficitur] proficitur *L* — 11. deiecti] reiecti *L* - terrestre] terrestrem MUR. — 12. clausit] clauit *M* — 13. maritimarum] marittimarum *L* — 15. tenebatur] tuebatur MUR. — 17. magis se] se magis MUR. — 18. duxit] iduxit *M*; induxit MUR. — 19. maritimam] marittimam *L* — 20. Duabus] Duobus *L* — 21. circundat] *omm.* MUR. — 22. monimentis] munimentis *M*; impedimentis MUR. - vallati] villati *M* — 24. per] et *M* — 25. adauxit] adausit *L*; adduxit *M* - Nicolao] Nicolaio *M* — 29. Capuanis] Capuam *M* — 30. auxilia] presidia MUR. — 31. preterea equites] equites preterea MUR. — 32. fuerunt] fuere MUR. — 36. Apictiensem] Apiciensem MUR. — 37. Luceriam urbem] Luceria urbe MUR.

[1] *Dum hec.... cessere* (ll. 3-23)] cf. M. V., I, 35; mancano però molti particolari, nè si parla dell'opera dell'Acciaioli.

[2] *Varii.... coegit* (ll. 24-37)] cf. M. V., I, 36; ma anche qui sono omessi molti particolari, nè si parla dell'Acciaioli.

[3] *Patentem.... adiungere* (p. 13, l. 37-p. 14, l. 3)] cf. M. V., I, 37.

impositis, ne aut munimenta refringere aut impetum ex arce in urbem, cum vellent, Germani facere possent, diuturna obsidione domitare cogitavit. Cum reliquo vero exercitu per Apuliam vadens, statuebat eam omnem gentem sibi aut vi aut voluntate adiungere.

Corradus Lupus

Dum ad conciliandum [1] sibi Apulos Ludovicus detineretur, Corradus cognomentu Lupus, quem Ungarie Rex Italia excedens in provinciam prefecerat, in agrum picenum venit ibique, convocatis germanis equitibus qui per Etruriam Flammineamque et vicinas regiones stipendia sectabantur, equites supra duo millia conduxit. Ex eo numero, reliquis ad provincie tutelam relictis,' equites MCC delegit, fortissimos viros et bellica arte callentes. Cum iis celeriter Luceriam petit, et Ludovicum ad certamen provocat.

Mur., 243

Redierat [2] enim Ludovicus Luceriam, cum Corradium parasse equitatum cognovisset, nec detrectabat certamen et in campum exire cupiebat. Verum Guernerius, Germanorum dux, illum deterruit, equites suos non libere contra germanos hostes decertaturos esse significans. Timens itaque Ludovicus, ne fraude Germanorum intercluderetur, menibus se continuit, quod in maximum sibi dedecus duxit, provocantibus continuo hostibus, nec verba iactare deridereque cessantibus. Corradus post longam exspectationem, cum neque perlicere ad pugnam, neque pervadere hostes posset, Fogiam, vicinum oppidum, acies duxit idque hostili more depredatum occupavit. Ludovicus non amplius Lucerie commorandum ratus, soluta obsidione, cum planitiem hostes valide custodirent, longo ambitu montis angulum ingressus, per difficiles ac pene invios saltus, Esculum primo, mox Troiam oppidum petit, indeque per beneventanum agrum Neapolim reduxit.

Fogia op.

L., c. 100 r

'Paulo post [3] Guernerius ad sustinendam belli vim et faciendum amicis animum cum sua Germanorum cohorte a Ludovico in Apuliam missus, Cornetum se recepit. Proximis inde diebus Corradus, composita prius cum Guernerio proditione noctemque celi nactus gravioris, cum expeditis equitibus atque militibus raptim Cornetum petit. Quo cum iam apropinquasset, milites monet, ut ordinem agminis observent intenti ad imperia accipienda; se illis in tempore edicturum, que vellet agi. Hinc silentio ducit ad portam et, scalis muro appositis, quatuor primo iuvenes ascendunt et sopitos vigiles obtruncant. Mox triginta, qui celeritate corporum delecti fuerant, per scalas subsecuntur, turrim occupant et illico portam aperiunt. Tunc Corradus, structa suorum acie, per obscure noctis silentia oppidum ingressus Germanos oppidanosque simul somno oppressos cepit. Hostilem inde in modum civitatem depredatus, cum exacta preda et ingenti captivorum numero Fogiam reduxit.

Fuit inter captivos Guernerius, Germanorum dux, qui mox, in sua omnia restitutus, in unam cum Corrado latrocinii predarumque societatem convenit. Ad eos inde quotidie confluebat magna facinorosorum hominum turba rapto vivere cupientium, et multitudo undique perditorum hominum latronumque convenerat, quos spes predandi ab agricoltura et quotidiano labore revocabat. Quibus provinciam infestantibus rapine et cedes assidue committebantur. Late inde hec pestis per Regnum diffusa est et igne et ferro singula circum loca ceperunt involvere; et, oppida agrosque depopulantes, inextimabilem predam ab ipsis usque neapolitanis menibus extorquebant.

---

2. domitare] dormitare Mur. — 3. statuebat] studebat Mur. — 4. detineretur] detinetur Mur. - cognomentu] cognomento Mur. — 6. Flammineamque] Flaminiamque Mur. — 7. sectabantur] septabantur *L* — 8. fortissimos viros] viros fortissimos Mur. - arte] virtute Mur. - callentes] calentes Mur. — 10. Corradium] Corradum Mur. — 11. detrectabat] detractabat *L* — 13. intercluderetur] inteciperetur Mur. — 15. perlicere] pellicere Mur. — 18. planitiem] planiciem *L* — 19. Esculum] Estulum *M* — 21. Guernerius] Guarnerius *L* - cum] *omm. M e L* — 23. Guernerio] Guarnerio *L* — 24. apropinquasset] apropinquassent *L* — 25. intenti] intempti *L* — 32. Guernerius] Guarnerius *L* — 34. hominum] *omm.* Mur. — 35. hominum] *ripetuto in L* — 36. cedes] cedis *L*

[1] *Dum ad conciliandum.... provocat* (ll. 4-9)] cf. M. V., I, 38.

[2] *Redierat.... reduxit* (ll. 10-20)] cf. M. V., I, 39 e 40.

[3] *Paulo post.... extorquebant* (ll. 21-39)] cf. M. V., I, 42; egli manca però di molti particolari.

Innumere pene[1] clades ab illis per proximas regiones illate sunt. Nam adversus hanc barbarorum labem Ludovicus, ex universe regionis regniculis principibus convocatis, quam maximas potest omnium generum copias parat et Neapoli conventum indicit. Convenerunt magno numero nobilissimi viri, precipui Regni proceres et prepotentes civitatum duces, ornati siquidem armis et equis ceterisque quibus militares insignuntur viri. Qui licet in armis conspicui essent, bellicarum tamen artium ignari, callida hostium arte, qui inter se contentiones et levia interdum prelia' ficte concitarant, in apertum campum deducuntur: ibique, ab insidiis quas Corradus per occultos premiserat tramites interclusi profligatique, maxima parte capiuntur. Supra quinque atque viginti ea die capti sunt, qui' per Regnum principatus regebant, et omnes carcere asservati.

Mur., 1214

Corradi victoria

L., c. 100v

Post hec[2] Ludovicus Tarentinus, qui antea recuperasse Regnum videbatur, vires auctoritatemque comminuit. Ludovicus enim, Ungarie rex, hanc suorum victoriam accipiens et a fautoribus evocatus, per Adriaticum navibus advectus in Apuliam revertitur. Multi Pannonii Illiricique predarum spe eum secuti sunt, qui Corradi adiuncti castris ingentes copias confecere. Fuere enim supra decem milia equitum, peditum vero armatorum supra septem milia, preterea predonum, lixarum, calonum et huiuscemodi hominum innumerabilis multitudo. Qui late per vicinas regiones debaccatus omni cladium genere illas gentes affecit; et, si quid in agro snperfuerat, erasit. Multa preterea castella et oppida temere munita iuxta Neapolim cepit; Aversam preter ceteras resistentem post diuturnam obsidionem obtinuit; menia tantum neapolitana finem invadendi fecere.

Ludovicus, Ungarie rex, in Apuliam revertitur

Aversam

Quam urbem Ludovicus, solerti Nicolai Acciaioli consilio vigilantiaque, defendit atque servavit. Qui, dum a terra inclusi obsessique fuissent et nulle in mari essent hostium vires, classem pro ore tutela et per mare commeatus importari sedulo procuravit.

Ludovico[3] Tarentino in his difficultatibus constituto Florentini, imminens bellum cum Iohanne Vicecomite, Mediolanensium presule lateque per ipsam Galliam dominante, formidantes, cum de Pratensium fide dubitarent, in quo oppido Ludovicus dominationem habebat, Nicolao Acciaiolo clam nuntiarunt, ut cum Ludovico ageret curaretque Pratum Florentinis concedi. Non multo post, in dies Ludovico magis deficiente pecunia, Nicolai Acciaioli effectum est opera, uti florentinus populus, circiter decem et octo auri nummi persolutis milibus, Pratum sui iuris acciperet. Id primo stipulatione firmatum, pecunie inde persolute sunt, et contractus formulam publicis codicibus signavere. Per hunc igitur modum Florentini, Nicolai Acciaioli opera atque auxilio freti, Pratum tandem opportune possedere.

Pratum emptum

Sub idem fere tempus[4] cum Ludovicus, Hungarie rex, maiora aggressurus esse putaretur, preter omnium spem facte publicantur indutie et simul de pace agi ceptum esse.

Causa hinc provenisse dicitur: Ludovicus Aversam potitus, cum eam urbem inspexisset, non satis menibus neque munimentis validam, admiranda so'lertia atque virtute inclusorum militum supra quatuor menses acerrimam oppugnationem tollerasse, nec tandem nisi per civium concessionem possidere potuisset; reputaretque animo, quot civitates et arces in Regno diversas sectabantur partes, quas, si expugnare conaretur, longissimum inde erat bellum fu-

L., c. 161r

1. adversus] diversus *M* — 3. conventum] convenctum *L* - indicit] indixit *L* — 4. precipui] precipue Mur. — 12. comminuit] communivit Mur. — 13. evocatus] revocatus Mur. — 16. huiuscemodi] huiusmodi Mur. — 17. Qui late] Qua late *L*; Late Mur. — 19. Aversam] Adversam *M*; *in margine* Adversam *col* d *espunto* — 23. ore] terrae Mur. — 24. his] hijs *M* — 25. dominante] dominantem *L M* — 26. Pratensium] Partensium *M* — 27. nuntiarunt] nuntiaverunt *L* — 29-30. octo.... milibus] otto aurei nummi persolutis milibus *M*; octo milibus persolutis aureis nummis Mur. — 30. primo] primum Mur. — 32. possedere] possidere *L* — 33. aggressurus esse putaretur] aggressus esse videretur Mur. — 34. esse] est Mur. — 35. Aversam] Aversa Mur. — 39. sectabantur] settabantur *M*

[1] *Innumere pene.... asservati* (ll. 1-10)] cf. M. V., I, 47-48.

[2] *Post hec.... fecere* (ll. 11-20)] cf. M. V., I, 88-92.

[3] *Ludovico.... possedere* (ll. 24-32)] cf. M. V., I, 72-73.

[4] *Sub idem fere tempus.... deferrent* (p. 15, l. 33, p. 16, l. 11)] Tutto questo più succintamente in M. V., I, 93.

turum; et milites iam promissum tempus expleverant, nec, unde stipendia exsolverentur, constabat; frumenti etiam inopia in castris erat et fame laborabant, maximaque aderat commeatus penuria, et singuli iam conquerebantur debilitari ac contundi, nec ali substentarive exercitus posse videbatur; preter hec mors Caroli Durachiensis asperitatem facinoris, quod Rex vindicaturus advenerat, leniebat, et illatam sibi iniuriam iam vindicasse videbatur; et prefecti etiam, quos in Pannonia reliquerat, assiduis eum exhortationibus et litteris impensius revocabant: quibus rebus intra se sepius pensitatis, in hac demum sententia constitit, ut, quam primum salva dignitate liceret, in Pannoniam transfretaret.

MUR. 1215

His igitur de causis, cum ex utraque parte res tardius procederent et nulla oppugnatione in longum traherentur, oratores a Clemente pontifice in Apuliam missi convenerunt, ut, positis interim armis, ad eundem Pontificem causam deferrent.

Pax inter Regem et Ludovicum

Hinc ergo[1] Clemens VI, pontifex romanus, discussis singulis obiectionibus, Avinioni, in qua tunc urbe morabatur, pacem firmavit: in qua id procul dubio memorabile, quod, cum Ludovicus, Ungarie rex, recipere constitutis temporibus a Ludovico Tarentino ex pacto deberet tercentena auri nummi milia ob dannorum refectionem, facta pace, legati, Regis auctoritatem illico publicantes, eam omnem pecuniam reiecere, asserentes eorum Regem non questus, sed iustitie gratia bellum gessisse.

Post recentem pacem Ludovicus Tarentinus, auctoritatem et vires adeptus, restitutionem Regni a Ludovico, Ungarie rege, accepit. Ungari et Germani, qui in eo bello militaverant, precepto Regis recedere iussi sunt; et Ludovicus[2] ipse rex in Pannoniam recessit. Per hunc modum[3], statu Regni maxima in parte composito, Ludovicus Tarentinus summa suorum gratulatione, solenni celebrata pompa, per legatos Clementis pontificis regiam potestatem indutus, Neapoli coronam et titulos regis recepit anno salutis MCCCLII, quinto kalendas iunias, quo die Pentecostes' Domini celebrabatur.

L., c. 161 v

Per sui Regis adsumptionem[4] Nicolaus Acciaiolus insignior factus et auctoritatem maiorem adeptus est, et multo preclariora gessit. Ludovicus namque, Apuliae rex, nullius opera magis usus nec in suis adversitatibus ab alio magis adiutus, illi maximam rerum curam demandabat, et eius solo pene pendebat iudicio; tantoque inter ceteros prevalebat, tantoque Regis intimus erat, ut Regis Regnique gubernator publice dictus sit, et omnis auctoritas illi potissimum a Rege concessa esse videretur; nam et iustitie administrationem et in bello et pace Regni curam gubernationemque illi permiserat.

Nicolaus igitur, uti videbatur iuri dicendo, custodiendis oppidis tutandisque provinciis prefectos creabat, et suo arbitrio vicarios illis subrogabat.

Preter cetera[5] tamen ad pacandas provincias vindicandamque Ludovico regi liberam Regni potestatem intentissime vigilabat. Quod adeo difficile atque arduum fuit, ut et periculosa et gravia inde provenerint bella et varios sit casus perpessus.

Nam, recedente statim post pacem Ungarie Rege, homines alienigene, qui illum secuti fuerant, predis assueti in Regno remansere; et, causa posita in non persolutis sibi stipendiis,

---

1. exsolverentur] solverentur MUR. — 3. ac] atque MUR. - substentarive] substenrarique — 6. Pannonia] Pannoniam *M* - eum] cum MUR. — 8. quam] quum MUR. - transfretaret] transfretraret *M* — 11. deferrent] defferrent *L* — 12. discussis] dissussis *M* - Avinioni] Avenione MUR. — 15. auri] aurei *L* — 16. illico] subito MUR. - reiecere] finiere *M L* — 18. adeptus] adectus *M* — 20. et] *omm.* *L* — 23. titulos.... recepit] regis titulos accepit MUR. — 28. eius] ab eius MUR. - tantoque inter] tanto inter MUR. — 29. gubernator] cubernator *L* — 30. esse] *omm.* MUR. — 32. tutandisque] tutandisve *L* — 35. Regni] *omm.* MUR.

[1] *Hinc ergo.... iussi sunt* (ll. 12-20)] cf. M. V., I, 65.

[2] *Ludovicus.... recessit* (l. 20)] cf. M. V., I, 93, che pone la partenza di Ludovico nel 1351.

[3] *Per hunc modum.... celebrabatur* (ll. 20-24)] cf. M. V., III, 8.

[4] *Per sui Regnis adsumptionem.... subrogabat* (ll. 25-33)] cf. M. V., III, 9.

[5] *Preter cetera.... fuit* (p. 16, l. 34, p. 17, l. 9)] Accenni a tali depredazioni in M. V., II, 38-40 e *Lett. Acc.*, VII e VIII.

sub variis ducibus agmina dividentes, civitates et oppida occupavere, e quibus, rapinas et predas agentes, omnia circum certatim pervadebant.

Iuvabant etiam illos discordie inter Regni principes in eo bello exorte, quibus transverso agentes spem maximam illis prebebant. Qua ut puta sublevati, cum a nullo stipendia exsolverentur, in societates predonum coeuntes, ingentem facinorosorum hominum numerum undique convocabant, sicque in dies magis formidabiles apparebant, et maximarum per Italiam calamitatum hec principia causa fuere.

Adversus istos praedones provinciarumque direptores, Nicolai Acciaioli pri'ma hinc expeditio fuit. Mur., 1216

Illos enim[1] strenue persequens Beltramonem Mottanum, valida latronum manu neapolitanum agrum atque itinera infestantem, cum omni sua cohorte delevit. Beltramonus Mottanus

Corradum[2] inde cognomento Lupum, Germanorum ducem, Luceriam civitatem detinentem, cum minime expugnare posse confideret, ne, aliis predonum ducibus iunctus, formidabiliorem exaugeret exercitum, Ludovico regi persuasit opere pretium esse illum, si fieri posset, pecunia lenire et, ut e Regno discederet, providere'. Quod quum Regi placuisset, Nicolaus cum Corrado convenit effecitque ut, acceptis quinque et triginta auri nummi milibus, civitatem Regi traderet, ipse cum omni suorum cohorte biennio toto Regno abesset. Corradus Lupus; L. c., [illegible]

Morialem[3] post hunc gallum, qui Aversam pari occuparat audacia, obsidere paravit, cuius urgende obsidionis gratia Malatesta ariminensis, a Rege rogatus, quadringentorum equitum auxilia duxit, qui, exercitui quem Nicolaus ductabat iuncti, et alii insuper tumultuarie convocati, Aversam circumsedere, et eam urbem post paucos dies, assentientibus civibus, potiuntur. Morialis in arcem reclusit, quam Nicolaus, facto suorum globo, formidabili oppugnare impetu ocissime pergit. Qui inclusi erant, omni missilium genere summa se audacia tutabantur, donec expugnantes, quibusdam eorum interfectis, pluribus vulneribus repelluntur. Bimestris inde obsidio magis quam oppugnatio fuit. Tandem, qui inclusi erant, arcem dedentes, incolumes ex pacto abiere. Morialis [illegible]

Dum ad pellendum[4] e Regno hostes Nicolaus intenderet, ob idque provinciam peragraret et forte Caiete esset, nuntiatum illi est, Laurentium filium, virum equestrem et apprime nobilem, cui sansoveriani Comitis filiam uxorem desponderat, diem obiisse. Cuius mortem adeo modeste tulit, ut mirum preberet continentie exemplum. Filii mors

Nam, cum presentibus amplissimis viris tam acerbum accepisset nuntium, dicitur intra se aliquantulum cogitabundus, demisso capite, constitisse: mox erectus: " Nimium, inquit, " luctuosum est et ad perferendum grave, quia nimium dilexi. Verum mortalem illum sciebam, " et tamquam moriturum diligebam. Deus, qui novit omnia, illum, uti spero, ad salutem " hoc potissimum tempore delegit. Valeat igitur Deo sic volente, eternumque vale, mi " Laurenti carissime „. Hoc dicto, prefecit qui funus curarent, et cadaver Florentiam deferri iussit. Inde paulo post, honorato eximie funere et copioso nobilium civium comitante numero, Cartusium est ad sepulcrum delatum. Nicolaus vero, cum funus commisisset, ad amicos conversus: " Scitis, inquit, precipuum doloris esse remedium, ab iis rebus, que dolo- " rem adferunt, animum amovere. Id percommode fit, cum ea minime reminiscimur. Sileat

4. Qua] Qui *M* — 4-5. exsolverentur] solverentur Mur. — 6. maximarum] maxima Mur. — 10. Mottanum] Montanum *M* — 14. exaugeret] augeret Mur. — 16. auri] aurei *L*; Mur. — 17. suorum] sua Mur. — 18. occuparat] occupabat Mur. — 19. quadringentorum] quatringentorum *L* — 21. eam urbem] ea urbe Mur. — 22. reclusit] reduxit Mur. — 23. ocissime] occissime *L*; *omm.* Mur. — 25. inclusi erant] erant inclusi Mur. — 28. nuntiatum] nunciatum *L* - illi] *omm.* Mur. — 28-29. et apprime nobilem] *omm.* Mur. — 29. sansoveriani] sanseveriani Mur. - diem] *omm.* Mur. - obiisse] obisse *M* — 38. sepulcrum] sepeliendum *L* — 39. " Scitis, inquit] ait: " Scitis

[1] *Illos enim.... delevit* (ll. 10-11)] cf. M. V., II, 77.

[2] *Corradum.... abesset* (ll. 12-17)] cf. M. V., III, 19.

[3] *Morialem.... abiere* (ll. 18-26)] cf. M. V., III, 40.

[4] *Dum ad pellendum.... reportet* (p. 17: l. 18-p. 18, l. 2)] cf. M. V., III, 63.

“igitur quisque mecum de acerba et subita filii morte, ne nova recordatio veterem animi curam “molestiamque reportet „.

Represso inde [1] dolore, ut nihil ulterius de filio cogitans esse videretur, ad pacandum componendumque Regnum animum reducit, et cuncta, que incepto usui forent, affatim parat, partimque vindicando, partimque parcendo, invicto animo bellum prosequitur, donec hostes, omnia prius in Regno pervadentes, maxima parte delevit. Nam quosdam vicit, alios repressit, nonnullos in amicitiam accivit, plerosque minis conterruit, aliquos vero pecunia lenivit. Et quoniam ad perficiendum Regi interdum pecunia defuit, filios nonnunquam obsides dedit.

Pacato inde maxima in parte Regno, cum perpauci remansissent hostes, et hi Regi contemnendi, nova insuper belli materia emersit. Que ut magis innotescat, paulo supra repetamus.

Per superiora tempora de Sicilie regno contentiones crebre fuerant inter Arragonenses et eos reges, qui in Apulia dominabantur, et inde nonnunquam crudelia exarserunt bella. Tandem per id temporis utrorumque diminutis viribus nullus compos erat Regni potiundi.

Sicilienses [2] inter se divisi, alteri Italicis, alteri Arragonensibus faventes, infeste se se trucidabant. Et adeo crudeliter exarsit inter eos rabies, ut publice rapine et cedes pro viribus committerentur. Nemo sine discrimine conversabatur, nemo mercaturam, nemo artificium aliquod securus exercebat. Terra erat inculta et nemo sementem faciebat, quia in agro ipso digladiabantur homines, et, si quicquam adolevisset, incendio et preda deponebatur. Hinc fertilissima fere omnium insula in egestatem et miserabilem famem devenit.

Simon Chieramontanus

Hanc itaque [3] sive necessitatem sive oportunitatem nactus, Simon Chieramontanus, qui in ea insula castella quaedam possidebat et partium italicarum sectabatur studia, Ludovico regi famis occasione persuasit quemadmodum importato frumento facile illi erat totam insulam possidere. Ludovicus in spem illico adductus, ad recuperandum Sicilie regnum erigitur. Omnem igitur curam siciliensis rei Nicolao demandavit, illumque eius belli declaravit ducem.

Nicolaus ex quo die illam provinciam accepit, nihil prolatandum ratus, confestim classem parat, in qua novem fuere longe naves, incurve due et duo supra triginta minora navigia ad frumentum importandum. Quibus maxima imposita frumenti copia cum delectis equitibus atque militibus in Siciliam transiit.

Melatium op. Panormum *L. c.* 15??

Et primo adventu Melatium, nobile oppidum, cepit, eoque munito, Panormum, opulentam eius gentis urbem, petit, ibique italica auxiliante factione amice receptus, civitatem possedit et urbane moltitudini importato frumento subvenit. Hinc, qui italicas sectabantur partes, in factiones erecti per universam pene insulam arma sumpsere; quo metu perculse minores civitates castellaque et arces, et ad fortunam insuper, ut plerumque fit, inclinantes, dominatum recepere. Victor iam inde Nicolaus et amicorum fretus auxiliis Siracusas et Trapanum, preepotentes Siciliensium urbes, possedit. Tantumque valuit discors illius gentis certamen, ut incredibili pene celeritate duodecim supra centum munita in ea insula oppida Nicolaus Acciaiolus parvo admodum occuparit exercitu et Ludovico regi maximam insule subegerit partem. Cui rei perficiende duo maxime peroportuna fuere: Regis scilicet inimici parva potentia et prevalida populorum fames, que adeo ingens erat, ut oportunitas tantum frumentandi per Calabros et Apulos plures populos ad parendum Ludovico regi compelleret.

Siracuse

Trapanum

Redit in Italiam

Nicolaus a Rege subinde revocatus, militibus in presidium insule distributis, in Italiam transiit.

---

4. reducit] reduxit Mur. — 6. repressit] reprexit *M* — 7-8. lenivit.... pecunia] *omm. M* — 8. Regi] *omm.* Mur. - defuit] defuit *corretto in* deficit *L* — 9. maxima in] maxima *L*; in maxima Mur. - hi] hii *M* — 12. exarserunt] exarsere Mur. — 13. erat] et *L* — 17. faciebat] faciat *L* — 18. quicquam] quidquam *M* — 20. Chieramontanus] Chiaramontanus Mur. — 28. transiit] transit Mur. — 32. pene] *omm.* Mur. — 37. admodum] tempore et *add.* Mur. - occuparit exercitu et] exercitu occuparit ac Mur. — 38. scilicet inimici] Siciliensis Mur. — 40. Calabros] Salabros *L* — 41. a] et *M*

[1] *Represso inde .... dedit* (ll. 5-8)] cf. *Lett. Acc.*, VII-VIII.

[2] *Sicilienses .... devenit* (ll. 14-19)] cf. M. V., III, 97 e IV, 2.

[3] *Hanc itaque .... in Italiam transiit* (ll. 20-42)] cf. M. V., IV, 2 e *Lett. Acc.*, X.

Revocationis causa fuere novum per Apuliam bellum exortum et Caroli, Boemie regis, in Italiam adventus. Carolus Boemie rex

Corradus[1] enim Lindo supra quatuor equitum milibus in predarum societatem collectis et a Ludovico, Durachiensium principe, vel nonnullisque aliis Regni principibus, qui diversas Ludovico regi sectabantur partes, in spem erectus, Apuliam iam antea ingressus, provinciam infestabat. At Rex', ne siciliensi bello deesset, oppida et aspera et difficiliora aditu loca tutabatur; agros vero campestres incursionibus hostium relinquebat. Corradus Lindo [illegible]

Sed postquam[2] Carolus, Boemie rex, aliquanto prius ad imperium delectus, in Italiam venit, Romam, ut dicebatur, ad coronam iturus, formido ingens Ludovicum invasit, ne, peractis Rome solennibus, Regnum hostiliter intraret. Videbat enim turbulentos Regni motus, et principes quosdem et civitates fedus renovasse et cum Lindone amicitiam coniunxisse certum erat. Accedebat preterea antiqua cum Carolo inimicitia inter utramque familiam iam ante perdurata. Nam Robertus rex, Ludovici regis patruus, cum Henrico, Caroli avo, et cum Iohanne, eiusdem Caroli patre, odia et crudelia nonnunquam gesserat bella.

His rationibus adductus, Rex Nicolaum cum maxima exercitus parte revocavit. Mox illum[3] in Etruriam ad Carolum, qui iam Senas concesserat, oratorem misit, qui illi gratificaretur et cum eo, quoad valeret, amicitiam iniret. [illegible]

Nicolaus postquam Senas venit et facultas alloquendi Carolum data est, adeo illi verbis gratificatur, ut ingenti gratia perhumaniter sit receptus, et non solum amicitiam inter Reges coniungeret, verum cuncta, que peteret, obtineret.

Paulo post Carolus Romam vadens, Nicolaum duxit, celebrataque prius in coronando pompa et per dies aliquot spectaculis ob magnificentiam publice editis, eidem suorum equitum alam dedit et cum illis legatos misit, qui Lindoni imperatorio nomine edicerent, uti ab inferenda Ludovico regi iniuria abstineret.

Nicolaus[4] inde, sicut ei a Ludovico imperatum fuerat, uti civitates amicosque adiret, per Etruriam, Flamineam ac Picentes insuper equites accepit circiter MCC et Neapoleonem Ursinum, Regi amicissimum atque strenuum equitum ducem, secum duxit Neapolimque una petiere.

Hostes[5] interea Neapolim appropinquarant et ad quartum lapidem posuerant castra; indeque ad neapolitana menia rapinis et direptionibus cuncta infestabant.

Primo Nicolai[6] adventu legati a Carolo missi Lindoni imperatorio nomine edixerunt, uti e finibus cum omni suorum exercitu discederet; at ille nihilominus omnia pervastabat. Quod postquam[7] vidit Acciaiolus, post eos eminenti colle satis propinque castra locat, unde summopere inspicere et hostes invadere percommode posset. Lindo igitur quam citius suos in loca saltuosa et sui natura munita recipit, ibique castra firmat; neque inde milites amplius vagari aut predas effuse agere sine discrimine maximo poterant: sed, ubi pabulo aliove comeatu opus erat, cohortes in presidium agitabant, nam duobus locis haud longe a se inimicos

1. causa] causae MUR. — 4. nonnullisque] nonnullis MUR. — 6. et aspera] *omm.* MUR. — 11. et civitates] atque civitates *L* — 14. perdurata] perduratam *L M* — 16. *in margine di mano posteriore* Senas - 17. quoad valeret] quo advaleret *M*; quod advaleret *L* - 21. *in margine di mano posteriore* Roma — 22. aliquot] aliquos MUR. - ob magnificentiam] et magnificentia MUR. — 23. ediceret] diceret *L* - uti] ubi *L* — 24. inferenda] inferendo MUR. - regi] *omm.* MUR. - iniuria] iniuriam MUR. — 26. Flamineam] Flaminiam MUR. - accepit] acepit *M* - Napoleonem] Nopolionem *M* — 29. appropinquarant] appropinquant MUR. — 30. indeque] in quae MUR. — 33. eos] eo in MUR. — 33-34. summopere] suopte *L*; suos et MUR. — 37. agitabant] agitabat *M*

[1] *Corradus .... relinquebat* (ll. 3-7)] cf. M. V., IV, 31, 79, 90 e *Lett. Acc.*, XII.

[2] *Sed postquam .... bella* (ll. 8-14] cf. *Lett. Acc.*, XII.

[3] *Mox illum .... abstineret* (ll. 15-24)] cf. *Lett. Acc.*, XII e XIII.

[4] *Nicolaus .... petiere* (ll. 25-28)] cf. *Lett. Acc.*, XIV e XV e M. V., V, 63.

[5] *Hostes .... infestabant* (ll. 29-30)] cf. M. V., V, 56 e 62.

[6] *Primo Nicolai .... pervastabat* (l. 31-32)] cf. *Lett. Acc.* XIII.

[7] *Quod postquam .... habebant* (p. 19, l. 32-p. 20, l. 1)] cf. M. V., V, 62 e *Lett. Acc.*, XV.

habebant; et ab urbe interdum sepius vero ab Acciaiolo insultabantur, et levia sedulo prelia sustinebant, in quibus plerique ipsorum caesi captive fuerunt.

Multos in hunc modum[1] dies protracta fuit res, donec Acciaiolus in spem victorie adductus, fortunam pugne experiri statuit.

Primo igitur animum suum Regi secrete nuntiat; ostendit victoriam in suis manibus esse, hortaturque ut, quam maximas potest, omnium generum copias in urbe paret et in tempore adsit. Ipse vero invalidos milites simul cum impedimentis in castris reliquit, quingentos inde milites delegit, quos ad occupandum proximum hostibus montem premisit, ne illis in oportunitate male geste rei receptui foret.

Tripartito hinc reliquo exercitu, castra hostium ex inproviso invadit, remissisque primo impetu qui in presidio erant, intus irrupit. At adversarii repentino metu perculsi, arma raptim capiunt, et quique pro viribus cominus acriter resistunt; propugnacula adversus crebros militum ictus ocissime parant. Pugnatur utrinque strenue, nec ulla vis aut pugnandi deest ars. Nicolaus ipse inter primos omnia providens reficiebat suos, circuibat, hortabatur, et interdum hostem feriebat. Hec eadem Corradus ipse factitabat, eoque modo duo summi duces inter se certabant, virtute pares, situ et oportunitate dispares. Nam Acciaiolus, quia regium subsidium ab urbe venturum sperabat, iniquo loco adversariorum castra adortus fuerat, ideoque labore et estu iam suis omnibus languidis, plurimum tamen vana spe certamen egre produxerat. Postquam se frustratum videt, receptui cani iussit et, sicuti preceptum fuerat, in sua castra profugerunt. Nicolaus ergo egregium facinus aggressus et, dum presidia ex urbe operitur, destitutus, non sine suorum clade repellitur. Certe quippe tamen creditur, quod si Rex urbanas emisisset copias, fracti cesique eodem die fuissent hostes. Verum, qua de causa omiserit, incertum.

Cum in hoc statu[2] protraheretur res, nec Rex decernere prelio confideret, in securiorem inclinavit partem. Data enim pecunia, illos, sicuti convenerant, abire permisit; dedit tamen multo minorem illa, quam ante Nicolai adventum recusarant. Recedentes[3] ergo, in Apuliam primo ex pacto abiere, ibique quedam contra fedus innovarunt. Nec multo post ad agendum predas per reliquam vadunt Italiam, et omnia ad Alpes usque suis temporibus perturbarunt.

Palatinus Comes

Post Lindonis[4] conventionem Palatinus Comes et Ludovicus Durachiensis infesti regi remansere, et assiduis incursionibus agrum Regis suis oppidis convicinum depredabantur. Nicolaus igitur Acciaiolus ad pacandum illos conversus, ad Palatinum est primo profectus eique, ut cum Rege conveniret, persuadebat. Negabat ille prorsus, nisi tria oppida, que Acciaiolus ipse a Rege quondam accepta in convicino possidebat agro, in ea pace reciperet. Hoc cum Regi nuntiaretur, respondit Rex, que sua non erant, dare non posse; et, si per concessionem posset, non tanti unius parve potentie principis amicitiam emere. Nicolaus, Palatinum Comitem preter ceteros Regi infensum cognoscens et ad submovendum alios aptissimum, regie saluti consulens, tria propria castella maxima fere omnium que possidebat, Palatino sua sponte concessit, illumque ad regiam voluntatem reduxit.

Per idem tempus[5] cum Ludovico, Durachiensium principe, conventiones per Nicolaum firmate sunt, licet non multo post, adveniente nova praedonum societate, bellum vel ipse renovaret.

---

2. captive] *M corregge in* captivique — 3. fuit res] res fuit Mur. — 5. Primo] Primum Mur. — 6. hortaturque] ortaturque *L M* — 13. ulla] ulli Mur. — 15. feriebat] feribat *M* — 18. vana] una *M* — 23. omiserat] ommiserat *L* — 25. enim] si quidem Mur. — 28. vadunt Italiam] Italiam vadunt *L* — 30. convicinum] circumvicinum Mur. — 32. convicino] convicinio *M* — 36. submovendum] submovendos Mur.

[1] *Multos in hunc modum.... incertum* (ll. 3-23)] cf. *Lett. Acc.*, XV, ove l'A. si limita a lamentare che il mancato intervento delle forze regie gli impedissero di distruggere la compagnia da lui messa alle strette.

[2] *Cum in hoc statu.... recusarant* (ll. 24-26)] cf. *Lett. Acc.*, XV e XVIII.

[3] *Recedentes.... perturbarunt* (ll. 26-28)] cf. M. V., VI, 13. 17, 38, 56.

[4] *Post Lindonis.... reduxit* (ll. 29-38)] cf. *Lett. Acc.*, XVIII.

[5] *Per idem tempus.... renovaret* (ll. 39-41)] cf. *Lett. Acc.*, XVIII.

Dum hec [1] in Italia gererentur nequaquam in Sicilia quievit res. Erant, ut supra ostendimus, in insula factiones due: una Ludovico regi obnoxia et italicarum partium fautrix, altera eidem infensa Aragonensium partes enixius tutabatur. Factio italica, que dudum, existente cum exercitu in insula Acciaiolo, tot ceperat urbes et oppida, per eius absentiam multas fuerat difficultates perpessa, et iam ab illis Siracuse et pleraque alia munita defecerant loca. Principes vero factionis ad Ludovicum pluries in Apuliam miserant, auxilium petentes, quod nisi mittatur, se se diutius sustinere non' posse ostendunt. Ludovicus, propediem quod expediret [illegible] pollicitus, vana spe illos detinuerat, nec, occupato in Apulia suorum exercitu, satis commode subsidium in Siciliam transmittere posse videbatur. Composita tandem in Apulia res, cum partem exercitus in Siciliam mittere prepararet, oportuna illi facultas oblata est.

Petrus Aragonensis [2], Sicilie quondam rex, moriens tres reliquerat filios, Ludovicum, Iohannem et Federicum. Horum duo, Ludovicus et Iohannes, etate grandiores, hoc eodem tempore diem suum obiere. De eorum morte Ludovicus rex celerem nuntium accepit. Nec a longe [3] nuntium secutus Nicolaus Cesareus, vir in civitate Messana facile princeps, cum nonnullis civibus, qui in eadem civitate nobilitate et gratia inter ceteros eminebant, ad Regem venit, et pertractatam iam antea cum Acciaiolo, dum in Sicilia esset, Messane urbis proditionem cum Rege componit. Conditiones in federe dicte, ut perpetuo amicitia inter eos foret et, facinoris premium, Cesareus' Melatium oppidum haberet. Igitur utriusque [4] consilio insidiis statuto die, Cesareus Messanam revertitur et, commentitias sue profectionis effingens causas, maxime utilitatis gratia continuo sue factionis homines ad se trahit: et, uti res postulabat, ex tempore cuncta parat. Acciaiolus interim naves armat, donec, confestim ad conficiendum omnia instructa, dato die Cesareus, delectis quibus confidebat sociis, arma pallio tegens Mattagrifonem, prevalidam eius urbis arcem, petit, in eamque a prefecto amice receptus, illam quanto potest silentio occupat. Custodum aliis aliorum terrore necatis, reliquos vinculis impeditos concludunt et arcem tacite possident. Sequenti nocte Acciaiolus, veluti compositum fuerat, Messanam regia classe appropinquat editusque ab illo ex composito ignis est. Cesareus eodem signo refulsit; compresse inde utrinque flamme sunt. Tunc Acciaiolus ad urbem navigat et sub silentio ad portam ducit, intusque eadem nocte recipitur. Luce prima armatorum cuneos per urbem mittit, forum occupat, et sue factionis homines in arma excitat. Sic urbe potitur ac suo munit presidio. Convocatis inde Messanis, eos quiescere ac bono animo esse iubet. Famescenti populo frumento, quod ad id importarat, subvenit, et hoc solum apud eos maximam iniit gratiam: tantus est acer famis stimulus, ut nihil non audeat ieiuna plebs. Ad regium inde palatium Acciaiolus profectus, duas parvulas filias Petri Arragonensis, insule quondam regis, cepit, illasque in Brutios ad Iohannam reginam, tunc ad Regium urbem eventum siciliensis rei una cum Rege expectantem, misit. Que postea apud eos decenti honore certo tempore fuerunt.

Petrus Aragonensis.

[illegible]

L., c. 165 r

Acciaiolus [5] capta Messana civitate que eius insule caput erat, facile convicina loca

---

1. gererentur] geruntur MUR. — 2. obnoxia] obnixia *M* — 3. infensa] infensa et MUR. — 5. defecerant] defecerat *M* - loca] oppida MUR. — 6. pluries] plures MUR. - miserant] miserunt MUR. — 7. mittatur] iuvantur MUR. — 9. subsidium] sussidium *M* — 10. prepararet] properaret MUR. — 11. reliquerat] reliquit MUR. — 25. eorum] horum MUR. — 17. cum Rege] ad Regem MUR. - amicitia inter eos] inter eos amicitia *M* — 19. statuto] statuito *L* — 22-23 *in margine di mano posteriore* Mattagrifonem - 24. vinculis] vinclis *M* — 26. ab illo ex composito] composito ab illo MUR. — 27. compresse] complesse *L* — 30. ac] et MUR. — 31. hoc] *omm.* MUR. — 32. tantus] tantusque MUR. — 33. inde] deinde MUR. — 34. *in margine di mano posteriore* Rhegium — 35. una] *omm.* MUR.

[1] *Dum hec in Italia.... videbatur* (ll. 1-9)] cf. M. V., V, 65.

[2] *Petrus Arragonensis.... accepit* (ll. 11-13)] cf. M. V., V, 77.

[3] *Nec a longe.... haberet* (ll. 13-18)] cf. M. V., VII, 30; in quanto a Milazzo v. anche, VI, 57 e 69.

[4] *Igitur utriusque.... fuerunt* (ll. 18-36)] cf. M. V., VII, 39.

[5] *Acciaiolus.... potuerunt* (p. 21, l. 37-p. 22, l. 7)] cf. *Lett. Acc.*, XI e IX.

oppidaque possedit: nam incole, ut plerunque solet, firmiori parte inherentes, se ultro in amicitiam dabant. Hac itaque fortuna maximam insule partem incunctanter sibi adiunxit. In qua re animadvertenda est fortune diversitas et quoad rerum humanarum domina esse videatur, cum hic, parva potentia, in ea insula plura possederit oppĩda multisque dominatus sit populis, quos nec primus Carolus nec alter subinde Carolus eius filius, nec Robertus nepos, potentissimi quondam eius familie reges, maximis copiis terra marique potentes, unquam sibi adiungere po'tuerunt.

L., c. 165 v

M. V. ...

Ludovicus rex [1], dum hec gere'bantur, Regium, ut diximus, concesserat, ibique auditis que Messanae queque per universam Siciliam acta forent, ac se iam consensu populorum regem eius insule fore, nil ultra producendum ratus, in Siciliam transfretare constituit.

Inter hec legati a Messana Regium venerunt qui, novo Regi gratulantes, se suaque omnia sue potestati permittere dixerunt et populum civitatemque commendarunt: unum tamen petere ac deprecari ausi sunt, si pro sua clementia et mansuetudine nullo incommodo fieri posset, ut in eadem civitate regiam deligeret. Ludovicus legatis benigne respondit, gratias agens Messanis, quod amicitiam suam Arragoniensium societati preposuissent: illa que orabant, facturum promisit: et id insuper decorum addidit, scilicet se continue curaturum ut Messane Sicilie omnis caput foret.

Rex in Sicilia

Legatorum postmodum persuasione profectionem accelerans, cum Regina et omni regali pompa in Siciliam transiit et Messane regiam constituit. Post aliquot dies siciliensis generis principes et eos, qui per civitatem eminebant, ad se vocat, ipsosque gratissimis allocutus est verbis et cum illis amicitiam benivolentiamque coniunxit.

Captania obsessa

Intentus inde [2] ad reliquum insule possidendum, Captaniam obsidere decrevit, que civitas sue parti maxime erat adversa, et in ea Federicus, filius Petri Arragonensis, preerat, ad quem regnum Sicilie pertinere dicebatur. Delecto igitur suorum equitatu peditatuque et a Messanis sociisque ac Regni proceribus alio insuper accepto, exercitum comparavit equitum MD, peditum supra sex millia; decrevitque ut Acciaiolus dux exercitus esset ac omnĩa ageret, que in re fore viderentur. Ille confestim naves quatuor longas comparavit ad commeatum aliaque, que usui militibus sunt, importandum urgendamque per mare obsidionem. Mox inde profectus ad Captaniam castra fecit.

Primo aggressu agrestes civesque conterriti se se munitionibus urbis continebant. Qua fiducia Acciaiolus maiore exercitus parte ad menia usque urbis libere pervagatus, maximam inde predam exegerunt. Per hunc modum pluribus diebus obsidio fuit, in quibus exire civitatem nemo ausus fuerat.

L., c. 166 r

Etiam Acciaiolus ad oppugnationem tum intendebat, cum forte accidit ut due Arragonensium naves, que pyraticam exercebant', accepto de obsidione nuntio, se impares ad apertum certamen videntes, arte opus esse rate, Siracusas applicuere, ibique duas celeres naves in portu inventas confestim tubis, cimbalis, timpanis et compluribus aliis alte resonantibus instrumentis complent ac inde solventes per noctis silentia Captaniam petivere. Regie naves nullum hostem a mari venturum nec ab ea parte quenquam dimicaturum credentes, ligate in portu detinebantur; socii vero navales partim ad terram ea nocte remanserant, reliqui securi per naves passim iacentes quietem captabant. Arragonenses, instructis ad dimicandum suis, intempesta nocte portum ingressi, regias naves maximo impetu atque clamore de improviso

---

3. quoad] quod Mur. — 5. nec.... Carolus] *omm. M.* — 8. ibique] ubique Mur. — 11. venerunt] venere Mur. — 12. sue] eius Mur. — 13. ac] aut *M* — 14. legatis] legatus *L* — 18. persuasione] suasione Mur. — 22. inde] interim Mur. — 23. sue parti] parti sue Mur. — 24. igitur] itaque Mur. — 26. ageret] gereret Mur. — 28. sunt, importandum] essent, comportandum Mur. — 33. fuerat] erat Mur. — 35. pyraticam] pyrraticam *L*; piraticam Mur. — 36. arte] arce *L* — 37-38. alte resonantibus instrumentis] instrumentis alte resonantibus Mur. — 39. nec ab ea parte quemquam dimicaturum] *omm. L* — 40. navales partim] navalis rei periti Mur. — 40-41. reliqui.... captabant] *omm.* Mur. — 43. atque] et Mur.

[1] *Ludovicus rex.... coniunxit* (ll. 8-21)] cf. M. V., VII, 44.

[2] *Intentus inde.... revertuntur* (p. 22, l. 22-p. 23, l. 14)] cf. per l'impresa di Catania, M. V., VII, 72, 73, 74.

adoriuntur. Illi, extemplo assurgentes et quidnam sit tumultus pavidi circumspicientes, primo fugere an manere tutius foret in incerto erant. Postremo, cum duas tantum adesse hostium naves sensissent, actutum arma capiunt et se audacia summa tutantur. At, conferta iam pugna, cum periculum iam anceps esset, tunc celeres naves due, variis instrumentorum clangoribus alte personantes, formidabili impetu per obscuram noctem invadunt. Qui' regias [Mur. 1226] naves tutabantur, timore perciti, maiorem classem formidantes, priusquam venientes hostes inspicerent, sibi ipsis diffidunt, et due statim naves in fugam verse Messanam se se celerrime recepere. Relique due post longam defensionem capiuntur.

Exercitus, qui a terra civitatem obsidebat, captas suorum naves videns, nec posse amplius sibi ab illis commeatus importari et a mari civitati omnia patere, cum diutius in illis locis esse frumenti et aliarum rerum egestas prohiberet, retrocedere coacti, cum munito agmine incedere tute potuissent idque Acciaiolus conaretur, tum temerario repente sparsi metu, sine imperio, sine signo, incompositi inordinatique in fugam ruunt, in qua, pluribus eorum ab agrestibus interceptis, non sine dedecore et damno celerrime Messanam revertuntur.

Ludovicus rex [1], postquam suos a contemnendis hostibus victos effusosque conspexit, nec esset unde reficeret exercitum, tenuitate presertim prohibente pecunie, multosque privatos latrones undique per Apuliam iam surrexisse cognovisset et Ludovicum Durachiensem rebellasse, nil ultra commorandum ratus, in Italiam redire decrevit. Ceterum, ne nuda suis presidiis Sicilia esset, fidissimos milites munitioribus oppidis distribuit; preterea Nicolai Acciaioli filium' indole ac viribus prestantem valida equitum cohorte presidio Messane reliquit. Ipse, [L. c. 106 v] amicos et precipuos sue partis homines verbis ac spe primo cohortatus, Regium inde navigavit, mox per Brutios atque Lucaniam Neapolim petit.

Iubente [2] subinde Rege, plerique nefarii ac scelesti homines, qui rapinis assueti agros atque itinera infestabant, repressi sunt, quorum aliqui, qui in potestatem venerunt, a prefectis regiis dannati vitam finiere.

Hac tempestate [3] cum nulli in Apulia essent externorum hostium exercitus, et preter privata quedam latrocinia nil aliud in Regno hostiliter gereretur, Ludovicus rex [4] ad Innocentium VI, qui tunc pontificatum romanum regebat, legatos mittere constituit, hac maxime [Legati ad Pontificem] causa adductus, quod quidam magni viri Pontifici intime accepti et Ludovico regi infensi, in eiusdem Pontificis aures varias atque graves calumnias immurmurarant, quibus Pontificis odium in Ludovicum concitare arbitrabantur. Inter quos potissimum aggravabant, quod Ludovicus, Regnum per concessionem Pontificis possidens, tanquam Apostolice Sedis rebellis debitum contemnebat et annuum censum minime persolvebat. Ad censum igitur persolvendum et malignantium calumniam tollendam, legatos delegit Archiepiscopum, neapolitanum presulem, et Nicolaum Acciaiolum, qui ad Pontificem, ut mandatum erat, profecti, honorifice ab eo recepti sunt et in publico Patrum consessu pontificalibusque conciliis amplissimis honoribus sedulo decorati. Donec cum dies advenisset, in qua Summus Pontifex e purissimo auro insigne rosarum munus singulis annis donare nobilissimis solet viris, Nicolao Acciaiolo, [Rosarum munus] tanquam ceteris virtute prestanti viro, id munus donavit.

---

1. quidnam] quinam Mur. — 2. foret] *omm. M* — 5. personantes] resonantes Mur. — 7. diffidunt] adsidunt Mur. — 8. recepere] receperunt Mur. — 10. mari] mare Mur. — 14. dedecore et danno] decore danno *M* - celerrime Messanam] Messanam celerrime *L* — 17. latrones] *omm. M* - undique] *omm.* Mur. - surrexisse] surxisse *M* — 19. munitioribus] municionibus *L* — 20. valida] cum valida Mur. - presidio] et presidio Mur. — 21. ac] et Mur. - cohortatus] cohartatus *L* — 23. nefarii] nefari *M* - ac] atque *L* - scelesti] scelestes *M* — 24. quorum] eorum Mur. - venerunt] venerant Mur. — 28. legatos] *omm.* Mur. — 30. atque] et Mur. — 36. recepti] accepti Mur.

[1] *Ludovicus rex.... petit* (ll. 15-22)] cf. M. V., VII, 97.

[2] *Iubente.... finiere* (ll. 23-25)] cf. M. V., VII, 102-103; VIII, 61.

[3] *Hac tempestate.... gereretur* (ll. 26-27)] cf. M. V., IX, 12.

[4] *Ludovicus rex.... donavit* (ll. 27-39)] cf. *Lett. Acc.*, XIX e M. V., IX, 95.

Insignitum[1] inde tam excellenti munere virum tante existimationis reputavit, quod, bellum per id temporis acerbissimum gerens cum Bernabove, Mediolanensium tyranno, Nicolaum potissimum deligeret ad Bernabovem pacis legatum: iubens, si haud de pace convenirent, illum in suis castris cum legato Cardinali Hispano, illius belli duce, remanere et, que usui forent, una providere. Remansit igitur, infecta pace, et in eo bello longe maxima sua virtus fuit.

M f. 123 Primo enim[2] adventu, perutilia quedam in exercitu diligenter procuravit et multa peroportune providit, adeo ut legatus, Nicolai perfunctus consilio, hostes, qui Bononiam L c. 167r obsidebant et sepe prius per agrum faventinum usque ad Forum Livii et per omnem fere Flamineam predas exegerant, parvo tempore compelleret bononiensem agrum relinquere, presidia, que ad urgendam civitatem firmarant, deserere, et castella, maximo parta labore, hosti tradere necessitas esset. Quibus rebus[3] Pontifici Patribusque Nicolaus carissimus factus, communi eorum consensu Bononie gubernator et universe Flaminee prefectus deligitur. Hanc Nicolaus provinciam adeptus, legato continuo adherens, et consilio bonus erat et in armis strenuus. Legatus omnes fere res asperas ac difficiles per Nicolaum agebat illumque in dies magis magisque amplectebatur animo, quia neque eius consilium, neque inceptum ullum a re aberat; hostes sedulo providentia et ordine caute persequebatur; nullum, neque periculum, neque laborem recusabat. Quibus artibus in tantam victoriam Pontificis copias brevi perduxit, ut eos ipsos hostes, qui paulo ante, Bononiam obsidentes, convicinos agros assiduis incursionibus depredabantur, Parmam usque fugarent, illosque conterritos munitionibus urbis se continere compellerent; ipsi vero permutata fortuna ad menia usque eiusdem civitatis, nullo penitus obviam exeunte, populabundi cuncta pervaderent, ante portam aciem instruerent provocantes hostes ad prelium, sed, cum nullus exiret, omnia circum oppidum ferro igneque corripientes, terribiles imminebant.

Stantibus[4] tali conditione in Emilia et Flaminea rebus, cupienteque Pontificis legato Nicolaum, quem sibi propter egregia facinora in societatem familiari amicitia coniunxerat, retinere, Ludovicus rex illum instantissime revocavit, novo imminente in Apulia bello.

Anichinus Anichinus[5] erat germanus iam antea longo stipendio per Italiam notus. Hic, aliorum exemplo, supra quatuor milia Germanorum equitum, qui per Italiam stipendia facere consueverant, in societatem collegit ad direptiones et predas. Conventionis prima sedes apud Forum Livii fuit, ubi, aliquanto commorati, maximus peditum numerus spe predarum ad eos circumfluxit. Inde non multo post moventes, varia loca per Umbriam atque Picenum infeste pervasere, donec, vicinas Apulie regiones ingressi et a Ludovico, Durachiensium duce, sollicitati, Apuliam infesto agmine ingrediuntur. Hac potissimum[6] de causa Nicolaus revocatus, exorata a Pontifice L c. 167v licentia, per Etruriam equites sexcentos comparavit, quorum tercentos florentinus populus gratis concessit. His equitibus[7] Neapolim contendens, in itinere alia insuper ab amicis auxilia accepit, que simul Neapolim adduxit, Ludovicum regem egrotantem et nil ad bellum providentem invenit. Qua de re confisi hostes andaciamque sumentes nonnulla munita expugnaverant

---

2. Bernabove] Barnabove Mur. — 3. Bernabovem] Barnabovem Mur. - haud] aut *M* - convenirent] conveniret Mur. — 4. Hispano] Spano Mur. — 7. diligenter] *omm.* *M* — 9. Livii] Livium *M* — 10. Flamineam] Flaminiam Mur. — 11. castella] castello *M* — 12. Nicolaus] *omm.* *L* — 13. Flaminee] Flaminie Mur. — 15. ac] et Mur. - agebat] ageba *L* — 16. amplectebatur] amplectabatur *L* - ullum] nullum Mur. — 17. caute persequebatur] sequebatur Mur. — 18. perductis] productis *M* — 20. fugarent] fugerent *L* — 21. eiusdem] ipsius Mur. — 23. oppidum] oppida Mur. — 25. Flaminea] Flaminia Mur. — 28. iam antea] *omm.* Mur. — 29-30 consueverant] consueverunt Mur. — 31. eos] eque *L* — 36. ab amicis auxilia] auxilia ab amicis Mur.

[1] *Insignitum.... fuit* (ll. 1-6)] cf. *Lett. Acc.*, XX-XXI; e M. V., IX, 110.

[2] *Primo enim.... necessitas esset* (ll. 7-12)] cf. *Lett. Acc.*, XXI M. V., IX, 99-102, 111; X, 3, 4, 6, 11.

[3] *Quibus rebus.... imminebant* (ll. 12-24)] cf. *Lett. Acc.*, XXI; M. V., X, 15.

[4] *Stantibus.... bello* (ll. 25-27)] cf. *Lett. Acc.*, XXII e M. V., X, 16 e 22.

[5] *Anichinus.... ingrediuntur* (ll. 28-34)] cf. M. V., X, 7, e 16-19.

[6] *Hac potissimum.... concessit* (ll. 34-36)] cf. *Lett. Acc.*, XXIII-XXV.

[7] *His equitibus.... infestat* (p. 24, l. 36-p. 25, l. 9)] cf. *Lett. Acc.*, XXVI-XXVIII.

loca et Salernum, convicinam Neapolitanis civitatem, iam tres menses obsiderant, donec conterriti cives proximis diebus illam hosti tradere pacti fuerant.

Superveniente Acciaiolo, Rex, spe ingenti sublevatus, suos omnes parere illi iussit. Acciaiolus statim regiis equitibus peditibusque suos adiecit et, aliis insuper tumultuarie convocatis, ad integrum bellum cuncta parat festinatque et quadrato agmine Salernum hosti iam datum repente petit.

Anichinus, pugna minime in eo loco discernendum' ratus, Salernum relinquens Melphim, Nicolai Acciaioli celebre oppidum, petit, ibique, vallatis tuto loco castris, omnia circum hostili more infestat. Nicolaus [1], illos e vestigio secutus, castra castris admovit, in eoque loco, cum coactis in unum copiis quisque se contineret, equites CCCC, qui sub una cohorte Anichinum sequebantur, iam pridem ab eo gravati, pecunia corrupti ad Nicolaum defecerunt. Anichinus, cognito suorum defectu, nec satis reliquo exercitui confidens, simulata in postridie pugnandi voluntate, idque veluti per conceptam iram ardentius efflagitante, cum Nicolaus certamen minime detrectaret, sed ad pugnam suos instrueret, per mediam noctem adversarios frustratus subfugit. Nicolaus illos persequi cupiens, ex nova causa remoratus est.

Equites [2] ad MMD pannonii generis, qui olim Ecclesie stipendiis per Togatam Galliam militaverant, finito stipendio in Apuliam venere, existimantes, si a nullo stipendia solverentur, se Anichino coniungere. Hi hostiliter ad castra usque Nicolai progressi, illum continuere. Nicolaus confestim ad illos misit pannonii itidem generis homines sciscitaturos ad quid venissent. Mox, cum illis biduum induciis factis dataque eorum ductoribus publice fide, venientes ad se benigne vidit et, quomodocunque potuit, illos conduxit, veritus ne, si Anichino Ludovicoque Durachiensi adhesissent, magnum esset inde detrimentum Regi venturum.

Validiori [3] igitur comparato exercitu, ad persequendum hostes incedit. Anichinus se longe inferiorem cognoscens, quanto magnis' potuit itineribus Attellam, munitissimum Ludovici Durachiensis oppidum, petit ac in eo sese communivit. Eo quoque Acciaiolus illum secutus, aciem ante oppidum instruxit, illos audacius in prelium provocans. Tandem [4], irrita expectatione, cum nemo prodiret, oppidum circumsedit, consumptisque paucis in munitione castrorum diebus, Nicolaus Angelum filium cum exercitus parte ad obsidendum Ludovicum ducem misit. At ille, qui hoc iam antea formidabat, in monte Sancti Angeli castrum delegerat, saltuoso loco positum nec minus opere atque industria munitum, in eoque se fido amicorum presidio ob tutelam recluserat.

Angelus, cum ad eum locum venisset, castra primo metatus, oppidum obsidet. Postero die, prima luce, qui inclusi erant, immatura audacia pro viribus exeuntes obsidentium castra adoriuntur, arbitrantes, prius quam tute firmarentur, illos turbare atque ad deserendum locum compellere. Primo impetu custodes ex speculis atque stationibus fugientes formidinem castris intulere; sed ubi tumultuose adesse hostes nuntiatum est, ad arma conclamatur. Ut quisque arma capit, sic repente in prelium ruit: iam primi conseruerant manus, cum alii catervatim currerent, et alii nondum arma sumpsissent. Postquam eo ventum est, ut, equato iam numero,

---

1. convicinam] vicinam Mur. — 2. hosti] hostibus Mur. - tradere] traderet M. — 4. peditibusque] *omm.* Mur. — 7. minime in eo loco] in eo loco minime *L* - discernendum] decernendum Mur. — 8. petit] pergit *L* - vallatis] vellatis *L* — 12. confidens] fidens Mur. — 13. veluti] etiam Mur. - efflagitante] afflagitante *M*; efflagitans Mur. — 13-14. certamen minime] certamine Mur. — 15. subfugit] suffugit *L* — 18. usque] *omm.* *L* - continuere] corruere *M* — 20. induciis] indutiis *M* - publice] publica Mur. - fide] fidei *L* — 24. cognoscens] agnoscens Mur. - magnis] magis *L* - Attellam] Attelam *M*; Atellam Mur. — 25. petit] petiit Mur. - sese] se Mur. — 27. munitione] communitione Mur. — 30. positum] positam *M* — 34. pro viribus exeuntes] exeuntes pro viribus Mur. — 35. compellere] comppellere *M* - atque] et Mur. — 36. nuntiatum] numptiatum *M* - conclamatur] conclamant Mur. — 37. capit] cepit Mur. - conseruerant] conseruerunt Mur. — 38. currerent] cuncurrerent Mur.

[1] *Nicolaus.... remoratus est* (ll. 9-15)] cf. *Lett. Acc.*, XXVIII-XXX.

[2] *Equites.... venturum* (ll. 16-22)] cf. *Lett. Acc.*, XXXI-XXXII.

[3] *Validiori.... provocans* (ll. 23-26)] cf. *Lett. Acc.*, XXXIII-XXXIV.

[4] *Tandem.... omnia vincit* (p. 25, l. 26-p. 26, l. 18)] cf. *Lett. Acc.*, XXXV: il Palmeri amplia assai le notizie ivi contenute.

pares essent et res cominus gladiis ageretur, utrinque maxima vi certatur. Instant illi acriter, isti haud timidi resistunt: inter confertisimos hostes viritim applicatur res, et arma armis iungunt; adeoque in artum a se se concluduntur, ut complicitis corporibus vix movendis gladiis satis spatii foret. Equato pene Marte ac pari audacia acriter utrinque in complexis utrorunque globis aliquantulum concertatur, donec universi qui in castris erant armati in certamen ruunt. Tunc, cum paucitas multitudinem sustinere non posset, resistentes interfi'ciuntur, reliqui perturbati undique pelluntur. Tunc milites, eruptione facta, e castris passim exeunt et, plures raros persequentes, ad unum omnes intercipiunt.

Enudatum inde defensoribus castrum nocte dieque oppugnantes, ad deditionem brevi coegerunt. Ludovicum captum Regi tradiderunt, qui post, diuturno carcere maceratus, interiit. Anichinus interim, penuria rerum omnium coactus, pactus e Regno abire, oppidum dedit atque recessit. Per hunc modum eximia Acciaioli' virtute regia salus reparata est, que superari facile potuisset, si hanc reparationem Nicolaus reliquisset, quam honorifice prosecutus obtinuit.

Verum more rerum humanarum parum duravit quies. Nulla enim magna potentia quiescere diu potest: et quanto maior est, tanto plures ac validiores adinvenit hostes; et, si foris non habet, intra se suis ipsa viribus corruit, et tempus omnia vincit.

Huius igitur [1] belli finis alterius mali principium fuit. Manfredus Chieramontanus Ludovici regis nomine Messane presidebat. Hic pecunias speciosasque sollicitationes fame fideique preponens, Federico Arragonensi, quicum de regno Sicilie diu Lndovicus contenderat, prodere civitatem tractabat. Ludovicus ab amicis certior de proditione factus, priusquam patrandi facinoris adveniret facultas, illum ad se vocat. Manfredus conscientia erratus precepta contempsit. Hac igitur de causa motus Rex, Nicolaum Acciaiolum tribus armatis longis navibus Messanam misit. Qui precipuos regie partis convocans homines, Manfredum aliosque facinoris conscios presentia auctoritateque conterruit. Illum mox captum ad Regem Neapolim misit: civitatem tutiorem in modum communivit et ad regiam obedientiam reformavit: Federico vere spem omnem potiundi substulit.

Permanente [2] adhuc Messane Nicolao, Ludovicus rex Neapoli morbo superatus interiit. Quam ob rem Nicolao maiore presidio Messanam firmare necessarium fuit, et id in medio gravissimorum periculorum egregie fecit. Interim post, defuncto nuper Rege, plerique Regni proceres, partim antiquato in Regem odio, partim nova spe dominii potiundi sublevati, unum fere sub tempus caput extollentes, factiones in Iohannam reginam sedulo suscitabant.

Hac de causa Nicolaus, a Regina revocatus, statuebat, antequam discederet, statum Sicilie confirmare. Dumque id accuratius faceret, nuntium accepit de alterius filii morte, quam non minori patientia tulit, quam prioris mortem non multo antea pertulisset. Adeo ut, brevi tempore duobus egregiis orbatus filiis, incredibile pene sit, quantum in eo continentie et gravitatis fuerit ad communes humanitatis casus perferendum.

Nichilo igitur [3] remoratus, omnia que possibilia ad tutandum Siciliam fuerunt celerrime procuravit, ac inde quatuor longis navibus Neapolim navigavit; ibique, Regine casus suscipiens, illos in dies minores reddebat: diversam vero' Regine factionem brevi compressit et amicos omnes quasi suscitavit.

Hinc nobiles [4] quidam et prepotentes in Regno viri, qui principatus cupiebant, et sui

2. timidi] timide Mur. - iungunt] iunguntur Mur. — 3. artum a] arctum Mur.; *in M* a *eraso* - concluduntur] concludunt Mur. — 4. spatii) spacii *L* - ac] et Mur. - acriter] *omm.* Mur. — 5. concertatur] concertaretur *L* - armati in] armatim *L* — 8. eruptione] eructione *L* — 14. si hanc.... reliquisset] *omm. M* — 18. se] *omm.* Mur. — 19. Chieramontanus] Claramontanus Mur. — 20. nomine] tunc *agg.* Mur. — 39. Nichilo] Nicolao *M*

[1] *Huius igitur.... substulit* (ll. 19-28) cf. *Lett. Acc.*, XXXVI-XXXIX.

[2] *Permanente.... perferendum* (ll. 29-38)] cf. *Lett. Acc.*, XXXIX-XLI.

[3] *Nichilo igitur.... suscitavit* (ll. 39-42)] cf. *Lett. Acc.*, XLI-XLII.

[4] *Hinc nobiles.... procurabat* (p. 26, l. 43-p. 27, l. 15)] cf. *Lett. Acc. passim.* e specialmente I, II, XLIII-XLV e LVII.

ipsius iactura et Nicolai odio eidem nocere sedulo perquirebant. Quod, cum, nec aperta vi possent, nec apud Reginam valerent, ad Urbanum V, tunc Christianorum pontificem, versi, illum graviter accusarunt: ac per amicos suos ac Nicolai obtrectatores sedulo Pontificem adeuntes, in illius aures graves iacturas atque errata insuflarant, idem potissimum accusantes, quod in Regem paulo ante gravarant, scilicet quod, bona Ecclesie et ecclesiastica quedam iura in Apulia Siciliaque Nicolao occupante, magnas ipse sibi divitias comparaverat, et causa erat, ne census Pontifici solveretur. Hec pluries Nicolao indigne nocuere, donec prolixioribus admodum litteris ex Apulia Avenionem scribens, se purgatum Pontifici et Patribus reddidit.

Contumentibus inde contra Reginam illorum principum animis, qui auctoritate prevalere et suam amplificare potentiam dignitatemque sedulo cupiebant, Regina peroportunum sibi fore existimavit Nicolaum Acciaiolum propius continere, nec unquam a suo consilio discedere. Hec igitur precipua causa fuit, ut Nicolaus, exoleta iam virili etate, quod reliquum superesset vite, ad gubernationem potius Regnique tutelam, quam ad gerendum bella decerneret. Melphi igitur interdum, sepius vero Neapoli, de cetero moram trahens, que ad Regine statum conducere videbantur vigilanter et iuste procurabat.

Nunc vero quoniam res in pace bellove gestas iam satis perscripsimus, de eiusdem hominis moribus rebusque privatis reliqua referamus.

Nicolao [1] animus fuit ab adolescentia sua recte natura informatus cum eleganti et prompto ad res magnas ingenio, cui adiuncta erat appetitio quedam principatus serviliumque artium contemptio.

Neapolim adolescens profectus, principatus avidus, ingenii atque corporis viribus illum assequi conabatur. Nil igitur ei potius erat, quam regię familie principes ambire, praebere sese, et paterna benevolentia amicissimum reddere. Pre ceteris tamen Catharine, Tarentine principis, domum frequentabat, cui primo ob rei domestice curam, qua illa vidua potissimum indigebat, acceptior factus, virtute inde et gestis insignior fuit.

Erat enim vir ex sui natura prudens, prompta atque acri industria, qui, fidelissime sue parendo Principi, multo labore multaque cura in dies adeo magis magisque pollebat, ut illi vehementer carus et suis maxime acceptus esset.

Forma enim fuit eximia et per omnem etatem venusta: statura paululum mediocritatem excedens, corpore amplo atque robusto, capillo subflavo, rotundis oculis ac nitore quodam perfusis, tranquillo ac sereno vultu, pectore lato, et ceteris quibuscunque membris ad pedes usque equalis et congruens, validis brachiis et manibus pari agilitate dextris.

Veste nitida [2] atque decora palam utebatur; diebus vero festis et in solennitatibus ac pompis publicis vestem induebat siriceam duplici pluma auroque intestam, et coloribus interdum variis ac bis tintis. Quotiens in publicum prodibat, longa sociatus pompa incedere consueverat: unde quidam, eo pretereunte, non infacete sese interrogare aiunt solitos, domine familiarium quenquam reliquisset. Hoc vite splendore aiebat, non ad se, sed ad gloriam regie maiestatis inspicere. Ex decoris preterea armis et militaribus equis voluptatem maximam capiebat, seduloque selectissimos pascebat atque insignibus ornabat faleris, gaudens quotiens

3. ac] at *L* — 4. insuflarant] insufflarunt MUR. - accusantes] insufflantes MUR. — 5. gravarant] gravaverant MUR. — 7. nocuere] nocavere *L*; nocavere *col* v *espunto* *M* — 8. Avinionem] Avenionem MUR. — 9. inde] deinde MUR. - auctoritate prevalere] auctoritatem principalem MUR. — 11. propius] proprius *L* — 12. virili etate] virilitate MUR. — 14. igitur interdum] interdum igitur MUR. — 16. in] *omm.* MUR. - gestas] geste *L M* — 18. sua recte] sua repte *M*, suapte MUR. — 19-20. serviliumque.... principatus] *omm.* *L* — 22. ei] illi *M* — 23. Tarentine] Tarentinorum MUR. — 30. subflavo] sufflavo *L* - rotundis] rotundus *M* — 31. perfusis] perfulsit MUR. — 32. equalis] equales *M* — 35. ac] et MUR. - bis tintis] bisticis *M*; bis tinctam MUR. - quotiens] quoties MUR. — 36. infacete] inficere MUR. — 39. atque] et MUR. - faleris] falleris *M* - quotiens] quoties MUR.

[1] *Nicolao .... dextris* (ll. 18-32)] cf. F. V., *Vita Acc.*

[2] *Veste nitida.... bis tintis* (ll. 33-35)] Sullo splendore del vestire dell'Acciaioli durante la sua permanenza a Firenze, cf. M. V., IV, 91.

illos nobilioribus viris ostentaret: quod vel de industria sepissime factitabat, ac nonnunquam prelaudatum laudanti dono dabat.

Accepta iniurias ignoscere, quam persequi malebat, et huiusmodi aliquando beneficiis iniuriantes lenibat, unde egregiis interdum viris voces propalam edentibus, quod ex medio rerum venalium foro ad gubernandum accessisset,' quodcumque eorum animis complaciturum esse arbitrabatur, donabat. Liberalissima [1] preterea inerat ei largitas et quasi sui prodigus ob sui Regis salutem. Nam ad id pluries non solum patrimonium, verum filios et se ipsum exposuit.

Cibi vinique continens fuit, ecclesiastica servans ieiunia, adeo ut interdum die uno frustrum tantum panis et modicum aque sumeret. Convivia plerunque amicis sumptuose exibuit et nonnunquam pene publice. Traditur enim [2] quod aliquando Florentiam iter faciens, cum honoratissime receptus ibi dies aliquot permansisset, preter omnium fere opinionem, eo quod illum bellice artis magistrum et prelio strenuum reputabant, publicum puellarum spectaculum procuravit, iuventutem habens consociam egregie vestibus ornatam, que choreas ductaret et varios ederet per compita ludos. Hoc populariter pene reprehensum Florentie fuit, civibus nequaquam considerantibus illum apud regios principes versatum, apud quos varia eiusdem generis spectacula, tanquam ad sue amplitudinis ornamentum pertinentia, fieri frequenter solent.

Quatuor [3] ex Margarita uxore genuit filios, ut supra monstravimus. Duos preterea adoptavit, Angelum Alamanni et Nerium Iacobi filium, Acciaioleos ambos et sibi cognationis gradu propinquos.

Per omnem [4] vitam satis admodum pie religionis erga Deum fuit; qui, et sui natura ministeria divinumque cultum sedulo procuraret, et grandem conferens pecuniam magnis sumptibus edes sacras edificaret, inter quas iuxta Neapolim [5] cartusiense monasterium restauravit et adauxit, novis insuper additis monacis, pro quorum victu pluribus bonis monasterium donavit. Barii preterea [6] in celebri Sancti Nicolai basilica altare decenti edificio constructum erexit, in quo ipsius almi Confessoris corpus continetur; eiusdem altaris ornamenta varii generis providit, ordinavitque sacerdotes, qui altaris cultum custodirent, illisque de suis possessionibus dedit ad victum perpetuum. Monasterium quoque cartusiense [7], quod Laurentii, invictissimi Christi martiris, nomine appellatum est, insigne amplitudine magnificentiaque construxit et in modum castri communivit. Tria id circiter passuum millia Florentia distat, senensi via, que ad meridiem est. Ibi eminenti in colle veluti pro specula positum, egregieque turritum, rostris eminentibusque cacuminum apicibus insignia ostentans edificia, pretereuntium oculos in se speciose contrahit. Nam conficiendi ratio fuit, ut non solum ad usum oportunitatemque vite accommodata foret edificandi descriptio, verum et muniretur et ornaretur egregie. Longo igitur ambitu perpetua menia cum insigni turrium altitudine circumduxit, quibus basilica mansionesque et universa amplissimi monasterii edificia forinsecus cingerentur. Una tantum portula, et ea vallo rostrisque munita, patet aditus. Intus edificia sunt ad divinum cultum, ad quietem. ad relaxationem animi, ad oportunas administrationes

---

7. nam|quam *L* — 15. pene] plene Mur. — 22. et] ex Mur. — 24. sacras] sacros *M* — 25. adauxit] adausit *L* — 30-31. magnificentiaque] et magnificentia *M* — 32. specula] speculo *L* — 33. eminentibusque] eminentibus *M* — 35. verum et] verum ut Mur. — 37. mansiones] minsiones *M* - universa] universe *M* - edificia] hedifitia *M* — 39. cingerentur] cingeruntur *L* - edificia] edifitia *M*

[1] *Liberalissima.... exposuit* (ll. 6-8)] cf. *Lett. Acc.*, XLVIII, LV, e *passim*; II *Testamento Acciaioli*, XVII.

[2] *Traditur enim.... solent* (ll. 11-18)] cf. M. V., IV, 9.

[3] *Quatuor.... propinquos* (ll. 19-21) cf. *II Test. Acc.*, *passim*.

[4] *Per omnem.... edificaret* (ll. 22-24)] cf. *II Test. Acc.*, *passim*.

[5] *iuxta Neapolim.... donavit* (ll. 24-26)] cf. *II Test. Acc.*, VII.

[6] *Barii preterea.... perpetuum* (ll. 26-29)] cf. *II Test. Acc.*, XIV.

[7] *Monasterium quoque chartusiense.... reddidit* (p. 28, l. 29-p. 29, l. 15)] Circa i lasciti in pro' della Certosa cf. *II Test. Acc. passim* e specialmente VIII, X, XXIII, XXXI.

et artes, diligenti ratione disposita. Basilica primum decenti edificio ad sacrum divinumque cultum commodissime excogitata. Tum heremitarum in ordinem cellule, monacorum dormitoria, ministrorum mansiones, cenacula, hospitia, in quibus locis fessi contemplatione vel opere possint, cum se, tum hospites, quiete vel cibo reficere. Adhibita preterea est relaxandi animi cura, cuius gratia accommodata sunt spatiosa claustra, deambulatoria, porticus, dietarum clausure, viridaria, et singulis cellulis hortuli. Ad usum preterea necessariarum rerum omnia apte providit, et multarum artium gymnasia preparavit, ne quisquam in otio et quiete torpesceret, sed in defatigatione et labore malos cogitatus elideret. Ornamenta insuper ad decorem, ad gloriam, ad ministerium sacrum opulentissime prebuit. Pretiosas fecit de sirico vestes auro intextas, quibus induerentur sacerdotes quando ministrabant in sacris. Altaria exornavit palliis auro acuque depictis, in quibus gemmarum ordines collocavit et margaritas inspersit, quasi seminarium, cum lapidibus pretiosis. Vasa et cetera instrumenta, que ad usum in venerationibus sacris requiruntur, et argentea et aurea, solida ac pura fecit. Ad victum etiam atque vestitum monachorum et ad elemosinas pauperum maximorum fructuum possessiones emit, quibus monasterium ditissimum reddidit. Provisis [1] que ad cultum divinum pertinebant, in eodem monasterio construere domum cepit ad studentium usum, cui tot bona testamento legavit, ut de ipsorum fructibus tres liberalium artium preceptores cum quinquaginta discipulis studiis assidue vacantibus alerentur, persoluta etiam prius inde preceptoribus illis convenienti mercede. Ad communem preterea studentium commoditatem et utilitatem libros cuiuscunque facultatis plures emit et in eo monasterio reposuit, illos in partem bibliotece reservans, quam ibidem facere preparaverat.

Nec contentus iis quas vivens in Christi honorem edificare fecerat edibus, alias insuper testamento fieri mandavit. Unde in Achaia [2] iuxta oppidum Pethonicum monasterium construi voluit, in quo duodecim saltem monachi permanerent. Florentie [3] in ecclesia Sancti Apostoli tria edificari altaria iussit eaque abunde dotavit. Iacobe, sorori sue [4], pecuniam grandem reliquit in edificium monasterii muliebris.

Preter sacras edes, Lucerie et in aliis quibusdam oppidis munitissimas arces erexit; et Neapoli palatium ad inhabitandum magnificum exornavit.

De valitudine dicendum, quod in eo prospera fuit. Nam per omnem etatem, varie fatigatus, febrim rarissime paucis solum diebus est passus. Verba [5] in fine cuiusdem eius epistole hec sunt: "Has litteras iam pridem a me scribi ceptas non antea perfinivi, probi-"bente febri, que licet raro alias, nunc tamen vehementer apprehendit. Verum ad celerem "et bonam reductus valetudinem nuper epistolam perfinivi".

Ex accepto tamen vulnere, octo fere ante mortem annos, mortis periculum subiit; cuius rei causa hec fuisse memoratur. De Iacobo Caraccolo, Neapoli summo loco nato ac existimande conditionis viro, tanquam de Iohanne uxoris sue adulterio Ludovicus rex supplicium sumpserat. Pbilippus Lungottius, ex eadem Caraccolorum familia, Iacobo propinquus, Nicolai consilio Regem ad id supplicium irritatum esse ducens, illum per ipsam urbem una cum Rege equitantem paulo infra stomacum vulneravit; quo vulnere correptus, dicitur aliquando

---

1. edificio] edifitio *M* — 3. hospitia] hospicia *L* — 4. preterea est] est preterea *M* — 6. hortuli] ortuli *M* — 7. omnia apte providit] apte providit omnia Mur. - in] mihi *M* — 9. Pretiosas] Preciosas *L* — 10. sirico] serico Mur. - intextas] intestas *M* — 12. margaritas] margeritas *L* - pretiosis] preciosis *M* — 13. ac] et Mur. — 19. commoditatem et] *omm.* *L* — 22. iis] hiis *M* - fecerat] coeperat Mur. — 24. saltem] saltim *M* — 26. edificium] hedificium *M* - muliebris] mulieribus Mur. — 29. valitudine] valetudine Mur. — 31. iam pridem a me] a me iam pridem Mur. — 32. apprehendit] apprendit Mur. — 34. subiit] subivit Mur. — 35. Caraccolo] Caracciolo Mur. - loco nato] nato loco *L* — 37. Philippus] Filippus *L M* - Caraccolorum] Caracciolorum Mur.

[1] *Provisis .... preparaverat* (ll. 15-21)] cf. *II Test. Acc.*, XXIX e XXXI.

[2] *in Achaia .... permanerent* (ll. 23-24)] cf. *II Test. Acc.*, XXXII.

[3] *Florentie .... dotavit* (ll. 24-25)] cf. *II Test. Acc.*, XI.

[4] *Iacobe sorori sue .... muliebris* (ll. 25-26)] cf. *II Test. Acc.*, XXXVI.

[5] *Verba .... perfinivi* (ll. 30-33)] cf. *Lett. Acc.*, LVII.

de morte dubitasse. A periculo demum atque vulnere liberatus, cum esset in ulciscendo natura levissimus et Regina ob sedandam turpissimam causam id instantissime procuraret, pacem fecit iniuriamque omnem Philippo remisit.

Prenarrata fortuna vita functus, mortem suam certo nuntio precognovit. Brigida, devotissima Christi mulier' et in regno Suetie Neritie princeps, ac iam tunc vita et miraculis clara, Romam peregre venerat. Inde Neapolim profecta ab Iacoba, Nicolai Acciaioli sorore, continentia vite vel reputata muliere, hospitio recipitur; apud quam, cum dies aliquot mansisset, dicitur illam evocasse predixisseque Nicolaum fratrem propediem procul dubio moriturum. Percussit illico mulieris animum timor, ac Nicolai domum una profecte, illum apud Reginam bona, uti apparebat, valitudine res magnas tractantem invenerunt. Iacoba soror, tunc consolata, tanquam falsum Brigida cecinisset existimabat. Nicolaus postridie in morbum incidens, apostemate, uti creditur, circa cerebrum concepto, quarto die superatus interiit.

Obiit autem Neapoli anno etatis sexto et quinquagesimo, VI. Idus novembris, salutis nostre anno MCCCLXVI. Eius cadaver olentibus aquis elixatum est, expurgata inde ossa in vase recepta sunt, et non longe a Florentia Cartusium delata, ibique, sicuti testamento costituerat, iuxta altare Sancti Tobie marmoreo monimento sunt collocata.

In honorem vero funeris et memoriam eius pleraque tunc et in posterum decore provisa, que tanti viri memoriam in posteros reservarent.

Testamentum [1] septem circiter annos, antequam decederet, in Castro novo regio Neapoli fecerat, pridie Kalendas octobris salutis anno MCCCLVIIII.

Heredes instituit [2] filios suos legiptimos ex uxore equa portione. Amicis et propinquis bona plura reliquit. Ecclesiis, quas in variis provinciis construxerat, varii generis ornamenta legavit et pro necessariis sacerdotum, quos ad sacrificandum instituerat, abunde providit. Nova insuper monasteria atque basilicas edificari mandavit, penis in heredibus constitutis, si deliquissent. In erogandis elemosinis profusus pene in vita fuit, et post mortem per omne tempus ut fierent providit. Pro animabus [3] sui patris, matris et avi annuas orationum celebrationes cum ingenti elemosinarum largitione fieri iussit; inter quas pro anima solum patris centum singulis annis vestiri pauperes precepit.

In redemptionem [4] peccatorum suorum voluit,' quod toto tempore sue egrotationis singulo die triginta sacerdotes celebrarent, et unusquisque post consuetas orationes statim hanc orationem emitteret, scilicet: "Concede pie et misericors Deus Nicolao Acciaiolo, famulo "tuo peccatori, ut nunc et in hora mortis sue perfecte cognoscat te dominum Deum verum, "qui vivis et regnas per infinita secula. Amen". In iisdem ipsis singulis diebus voluit, ut duodecim pascerentur pauperes, quorum unicuique pro elemosina nummus daretur argenteus.

A die vero [5] obitus sui per annum in quacumque die centum offerre Deo sacrificia precepit, habita pro eius anima propria oratione, quam scriptam reliquit, videlicet: "Exaudi, "quaesumus, Domine, vocem deprecationis mee, et animam Nicolai Acciaioli, famuli tui pec- "catoris, benignius respice et ab omni vinculo delictorum per misericordiam tuam absolve, "et per merita Sanctorum tuorum vitam eternam illi concede, qui vivis et regnas per infinita

---

2. levissimus.... procuraret] lenissimus, Regina etiam ad sedandam turpissimam causam instantissime procurante MUR. - id istantissime] adistantissime *M* — 3. Philippo] Filippo *M* — 5. Suetie] Sueciae MUR. — 9. ac] et MUR. - illum] *ripetuto due volte, espunto la seconda volta in L* — 10. valitudine] valetudine MUR. — 12. cerebrum] celebrum *M* — 15. sicuti testamento] sicut MUR. — 16. monimento] monumento *L* — 19. septem circiter] circiter VII (*aggiunta interlineare*) *M* — 20. MCCCLVIIII] MCCCLVIII *M* — 24. edificari] hedificari *M* - heredibus] heredes MUR. — 26. omne] omnem *M* - fierent] fieret *M* — 33. secula] seculorum *agg.* MUR. - ipsis] *omm. M* — 35. offerre] offerri MUR.

[1] *Testamentum.... MCCCLVIIII* (ll. 19-20)] è il *II Test. Acc.*

[2] *Heredes instituit.... providit* (ll. 21-26)] cf. *II Test. Acc., passim.*

[3] *Pro animabus.... precepit* (ll. 26-28)] cf. *II Test. Acc. passim* e specialmente VI, XI, XII.

[4] *In redemptionem.... argenteus* (ll. 29-34)] cf. *II Test., Acc.,* XIII e XV.

[5] *A die vero.... precepit* (ll. 35-36)] cf. *II Test. Acc.,* XXXIII.

" secula. Amen ". Multas preterea elemosinas per sue mortis tempus fieri mandavit, multe in futurum per omne tempus, ut fierent, constituit. Inter quas [1] in singulo die auream dragmam impartiri pauperibus ordinavit: et in solennitatibus Sanctorum, quos pia veneratione colebat, plures vestiri pauperes instituit.

Reliqua [2] legata varie dedit: nam et in familiam suam pleraque bona distribuit, amicis etiam plura concessit. Adoptivis vero filiis, Angelo' castella, que in Achaia et Peloponesso possidebat, Nerio et castella et annuum quorundam locorum vectigal legavit. Omnibus [3] tamen heredibus et legatariis suis precepit, uti bonorum, que illis reliqueret, decimas ecclesiis exsolverent. Argentum [4], pannos reliquaque superlectilia sua monasterio cartusiensi, quod non longe a Florentia, edificaverat, reliquit. Adiecit [5] et suis heredibus conditionem, qua illis de bonis suis quicquam alienare inhibuit, instituens, quod si masculi deficerent, innupte femine in hereditatem succederent, nec postea extra Acciaioleam familiam nubere possent: quod si fecissent, hereditate priventur.

Sepulturam [6] suam in cartusiensi monasterio delegit iuxta altare Sancti Tobie, ad quem locum illius ossa translata monstravimus.

---

1. secula] seculorum *agg.* MUR. — 2. in] *omm.* MUR. — 5. suam] *omm.* MUR. — 6. Peloponesso] Pelopesso *M*; Peloponneso MUR. — 9. superlectilia] suppellectilia MUR. — 10. edificaverat] edificarat *M* - conditionem] condictionem *M* - quicquam] quidquam *M* — 13. priventur] privarentur MUR. — 14. suam] eodem testamenta *agg.* MUR. — 15. illius] *omm.* MUR. - monstravimus] MUR. *aggiunge in corsivo*: Adoardus Acciaiolus hanc Vitam transcribere fecit Angeli filii sui nomine, ad quem illam misit.

[1] *Inter quas.... instituit* (ll. 2-4)] cf. *II Test. Acc.*, XLI e XXX.

[2] *Reliqua.... legavit* (ll. 5-7)] cf. *II Test. Acc.*, *passim* e specialmente XVI e XIX.

[3] *Omnibus.... exsolverent* (ll. 7-8)] cf. *II Test. Acc.*, XXXVII.

[4] *Argentum.... reliquit* (ll. 8-10)] cf. *II Test. Acc.*, XXXI.

[5] *Adiecit.... priventur* (ll. 10-13)] cf. *II Test. Acc.*, XXVII e XXVIII.

[6] *Sepulturam.... monstravimus* (ll. 14-15)] cf. *II Test. Acc.*, XXXIV.

APPENDICE

I.

LETTERA DI NICCOLA ACCIAIUOLI

GRAN SINISCALCO DEL REGNO DI NAPOLI

AD ANGELO SODERINI

(*26 dicembre 1364*)

TAVOLA DELLE ABBREVIAZIONI

Sa. = Magliabechiano II-IV-110 (già VI, 145, *Strozzi, in fol.* 489).
L. = Laurenziano plut. LXI, cod. 13.
Sb. = Magliabechiano II-IV-322 (già XXV, 556, *Strozzi in fol.* 956 segn. CG)
Σ. = Correzioni di mano dello Strozzi nel Magl. II-IV-322 cit.
T. = *Lettera dell'Acciaioli* in TANFANI, *Studi storici intorno a Niccola Acciaioli*, Firenze, 1863.

SOMMARIO PREMESSO DAL TANFANI (pp. 211-212):

[XXV] E lascio e voglio, che in quale che parte ch'io mi muoia, io voglio essere portato a Firenze al luogo di santo Lorenzo di Certosa, quando sarà fatto il detto luogo, che sarà tosto coll'aiuto di Dio; e in questo mezo che il detto luogo si penasse a fare, s'io morisse prima, lascio e voglio essere portato al più presso luogo di Certosa, che sarà in quella terra o vero luogo che io morrò, e dipoi portato a Firenze, cominciato il luogo predetto.

[XXVI] Lascio e voglio dichiarare, come lascio la Margherita mia mogiie per molti casi che possono occorrere, e voglio che della mia terra di Romania le sia assegnata tanta terra che vaglia fiorini d'oro cento per anno, e questa terra goda e possegga in vita sua, e dopo la sua morte ritorni a Lorenzo mio figliuolo o a chi accadesse di ragione.

[XXVII] Dove io lascio lire ottocento per anno per dote del munistero ch'io lascio che si faccia, sì lascio nella coscienza d'Acciaiuolo e del priore che sarà al detto luogo e de' miei testamentali, che se queste ottocento lire non bastassono per la vita e sonstentamento de' monaci o cappellani, che del mio proprio o di quello ch'io lascio o d'altro del mio s'accresca la detta rendita secondo che la loro coscienza giudicherà che basti loro, o vero di quelli che fossono vivi allora. [illegible] Cappellani dico per ispeziali messe ch'io lascio' che si dicano per Madama la 'mperatrice, per mio padre, per mia madre e per me, ma principalmente per la messa di Madama la 'mperatrice.

[XXVIII] In tutti gli altri miei beni o ragioni ch'io ho o ch'io avessi per innanzi, sì lascio mie rede per uguali parte Lorenzo e Agnolo miei figliuoli e altri figliuoli se più n'avessi per legittimo matrimonio; tuttavia innanzi a ogni altra cosa lascio che sia eseguito questo mio testamento.

[XXIX] E voglio che vaglia questo mio testamento per ragione di testamento, e se per alcuna cagione non valesse per via di testamento, vaglia per modo di codicillo o di qualunque altra ultima volontade e' puote meglio valere. — Iddio mi dea grazia che innanzi la mia morte io la possa mettere a seguizione, se il meglio de' essere della mia anima.

III.

TESTAMENTO NUNCUPATIVO DI NICCOLA ACCIAIUOLI

(30 settembre 1359)

B = Buchon, *Nouvelles recherches historiques sur la Principauté de Morée, Documents*, Paris, 1845.

Sommario: I. Preambolo. — II. Nomina eredi universali i figli Angelo, Benedetto, Lorenzo. — III. Disposizioni a pro di Angelo. — IV. A pro di Benedetto. — V. A pro di Lorenzo. — VI. Legati a pro della Certosa di Firenze per messe in suffragio dei genitori. — VII. Legati per quattro cappelle a S. Martino a Napoli. — VIII. Legati di terre alla Certosa di Firenze. — IX. Legati per far costruire colà nuove celle per 12 monaci. — X. Lascia allo stesso convento quasi integre le rendite spettanti ai figli, finchè sian minori; se vengono a morire le rendite dei defunti vadan per sei anni allo stesso monastero. — XI. Lasciti per tre cappelle e tre sacerdoti nella chiesa dei SS. Apostoli a Firenze; obblighi fatti a questa chiesa. — XII. Lasciti per vestire 100 poveri l'anno. — XIII. Quando sia malato, si celebrino 30 messe giornaliere e si benefichino 12 poveri; altrettanto in caso di morte improvvisa. — XIV. Lasciti per una cappella in S. Niccola di Bari. — XV. Messa quotidiana in vita in espiazione dei suoi peccati. — XVI. Lascito a Angelo di Alamanno Acciaiuoli, suo figlio adottivo. — XVII. Rendansi, se il Re vuol riscattarli, i beni demaniali. Professione di fede ai Reali. — XVIII. Lasciti alla sorella Lapa e ai figli di lei. — XIX. A Neri Acciaioli, figlio adottivo. — XX. A Bernardino Acciaioli. — XXI. A Leone Acciaioli. — XXII. Trasmette certi diritti fiscali ai figli — XXIII. E parte di essi per elemosine in pro della sua anima — XXIV. Surrogazioni in caso di morte di alcuno degli eredi. — XXV. Legati alla moglie Margherita degli Spini. — XXVI. Alla sorella Andrea. — XXVII. Inalienabilità dei beni lasciati. — XXVIII. In caso di sopravvivenza di soli eredi femminili, queste si sposino ad altri della famiglia Acciaioli. — XXIX. Legati per fondare alla Certosa di Firenze una scuola con 50 scolari e 3 maestri; vi si eriga una cappella per messe in suffragio della sua anima. — XXX. Legati per vestire sei volte l'anno 12 poveri. — XXXI. Lasciti di arredi sacri e libri alla Certosa fiorentina. — XXXII. Lasciti per un monastero a Petonio (Grecia). — XXXIII. Lasciti per 100 messe quotidiane nell'anno dopo la sua morte. — XXXIV. Dispozioni per la sepoltura. — XXXV. Legati vari. — XXXVI. Sussidio ad un monastero fondato dalla sorella. — XXXVII. Ordine di pagare le decime ecclesiastiche di tutte le terre lasciate. — XXXVIII. Di saldare i debiti eventualmente lasciati e di provvedere ad ampie elemosine in compenso di torti inavvertitamente fatti. — XXXIX. Si ingiunge di rispettare il testamento. — XL. Lascia la moglie tutrice dei figli minori. — XLI. Elemosine sui danari investiti nel Monte di Firenze. — XLII. Nomine di esecutori testamentari. — XLIII. Conferma e chiusa del testamento.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Amen. B. 161

Anno eiusdem a nativitate Mccclviiii die ultimo mensis Septembris, XII indictione secundum morem Romane curie, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini domini Innocentis divina providentia pape VI anno VII.

Pateat omnibus et singulis presentis testamenti publicum instrumentum inspecturis: quod egregius et magnificus vir, dominus Nicolaus de Acciaiolis de Florentia, miles, Corynti dominus, Melfie et Palatinus comes, ac magnus senescalcus regni Sicilie, accinctus, ut dixit, ad iter versus partes Provincie et Romanam Curiam, de mandato serenissimorum Principum dominorum suorum, domini Ludovici, regis et domine Iohanne regine Hierusalem et Sicilie, illustrium, pro arduis et diversis ipsorum dominorum negotiis peragendis; desiderans, dum in membris corporis viget et ratio regit mentem, quam si quidem rationem sepe adeo languor obnubilat, ut non solum temporalium rerum, verum etiam sui ipsius cogat ipsa languoris vehementia oblivisci, conditionis humane inevitabile debitum prevenire, et anime sue, natis [I.]

domuique, posteris ac familie' suis disponere, ne in huius ambiguo vite sue cursu crebissime causa mortis, que, hora tamen incerta, infallibiter est ventura, decederet intestatus; sanus et [illegible] integer mente et corpore per gratiam' Iesu Christi, de se, comitatu Melfie, baronia Nucerie, aliisque civitatibus, terris, castris, casalibus et bonis feudalibus, et domibus, possessionibus et territoriis burgensaticis, pecunia, mobilibus omnibusque aliis rebus, bonis, iuribus et actionibus suis et ad ipsum quoquomodo pertinentibus et spectantibus, tam in regno Sicilie et terra citra Farum, quam in civitate et districtu Florentie, et etiam in partibus Romanie, disposuit, ordinavit et statuit prout infra describitur, et suum ultimum nuncupativum presens addidit testamentum.

[II] Inprimis, recomendans animam suam et corpus suum humani generis Redemptori Domino nostro Iesu Christo, et intemerate perpetueque virgini Marie matri eius, et beato Laurentio glorioso, et aliis sanctis Dei, quia heredum institutio principium sive caput esse dicitur cuiuslibet testamenti, in omnibus et singulis rebus, bonis, iuribus, actionibus et rationibus suis mobilibus et stabilibus seseque moventibus, burgensaticis tantum, tam in Florentia et eius districtu, quam in regno Sicilie ac partibus Romanie, ac alibi ubicumque et in quibuscumque consistat, equaliter sibi heredes sub modis, formis et conditionibus, reservationibus et exceptuationibus infrascriptis, instituit, ordinavit, reliquit et fecit filios suos legiptimos et naturales dominum Angelum, comitem Malte, natu maiorem, Benedictum et Laurentium; et in bonis et rebus omnibus, et singulis iuribus, actionibus et rationibus suis feudalibus, et provisionibus, que et quas tenet immediate et in capite vel aliter in regno Sicilie et partibus Romanie, tam a curia regia et regali, quam imperiali seu principali, eosdem prenominatos filios suos per modum infrascriptum et sub infrascriptis conditionibus ac cum B. 163 exceptuationibus,' reservationibus, modis, formis et ordine infrascriptis:

[III] Cum assensu et beneplacito regio et regali, que se dixit habere a predictis Dominis suis super dispositionem fiendam de bonis feudalibus, provisionibus et aliis iuribus, que ab eorum Dominorum curia tenet, et reservato beneplacito et assensu incliti domini Imperatoris Constantinopolitani, Romanie despoti, Achaie et Tarenti principis, quod dinoscitur opportunius in presenti ordinatione, dispositione, institutione et legatis factis in de et super bonis feudalibus et aliis iuribus que a curia ipsius Domini tenet, sibi universalem heredem et legitimum successorem instituit, ordinavit et reliquit ac fecit ipsum dominum Angelum, comitem Malte, primogenitum suum, sibi heredem.

Instituit et iure institutionis reliquit eidem officia magni senescalcatus Regni Sicilie et magistratus hospitii regii et regalis, de quibus officiis dimittendo liberam licentiam et potestatem habere se dixit a Majestate regia et Excellentia regali, concessis ei super hoc literis opportunis typario aureo bullatis.

Item civitatem Melfie cum titulo comitatus, civitatem Rapolle, terram Spinazole, castrum Cisterne, videlicet iura quecumque habet in eo de provincia Basilicata, prout apparere dixit per literas regias et regales.

Item civitatem Tropee, terram Seminarie et civitatem Giracii de provincia Calabrie.

Item terras et castra Nucerie, Rocie Aczari vel Pimonti, Tramonti, Maiori; civitatem Letere; terras et castra Graniani, Pini Pimonti, et castrum seu cassarum Schifati de provincia Principatus citra Serras Montorii, dato et assignato prius et ante omnia per eundem dominum B. 164 Angelum cum effectu ecclesie Casinensi pro casali S. Petri de Schifato' excambio condecenti in melioratione conditionis ecclesie supradicte inter Capuam et Napolim cum aliquibus vassalibus et iuribus vassallorum; aliter predicta institutio seu relictum, quantum ad castrum seu cassarum, nullius penitus sit momenti.

Item omnia iura et iurisdictiones, que et quas dictus testator habet et sibi competunt quoquo modo in terra Cave, terra Bultini, in Sancto Marzano, in Schifato, et prefato casali S. Petri, casali Valle de dicta provincia Principatus citra.

Ita castrum et terram Civitella de provincia Aprutina, quas et que habuit pro parte

excambii terrarum suarum Matere et Genusii, quas assignavit regie curie, ut darentur Palatino et fratribus pro ipsornm cum dicta curia reconciliatione.

Item nobilissimam civitatem Corynthi cum tota sua provincia et castellania et cum omnibus suis castris et fortellitits, ligiis homagiis, iuribus et pertinentiis eius.

Item omnes terras et castra, casalia, loca et iura omnia, quas et que habet et debet habere dictus testator in principatu Achaie cum predictarum omnium civitatum, terrarum, castrorum et locorum iuribus et pertinentiis omnibus et singulis, exceptis terris et locis domino Angelo, filio quondam Alamanni Montis de Aciaiolis, filio adoptivo, ut dixit, per eum legatis et dimissis, modo et forma inferius declaratis.

Item bona burgensatica et omnia alia iura, que habet dictus testator in nobili civitate Messanensi et felici civitate Panormi de insula Sicilie, volens et mandans idem testator, quod huiusmod bona et iura Messane et Panormi nullo unquam tempore possint eripi de' manibus dicti Comitis, et primi semper heredis masculi successive sucedentis, nec illa B. 105 transigere, vendere, permutare aut alienare quovis alienationis modo vel specie quevis persona possit, sed firma semper et incommutata permaneant apud primogenitum dicti Comitis filii sui et descendentium ex eo, per memoriam suam et posterorum suorum diutius propterea conservandam.

Item instituit et institutionis iure reliquit Benedicto, secundo genito filio suo, IV. quia, Domino permittente, habiturus est in uxorem Comitissam Esculi cum comitatu suo, reliquit terras convicinas dictui comitatui, videlicet castrum Orte, et, post obitum Ioannis Malatache, castrum Canusii. Quod si forte interim, vivente dicto Iohanne, predictus testator de ipso castro Canusii aliter ordinaret, voluit, quod, loco ipsius castri, dictus Benedictus habeat terram Spinazole predictam.

Item reliquit, dicto iure institutionis, Benedicto prefato, provisiones quas habet in terra Baroli et civitate Botonti, tam de summa unciarum octingentarum donatarum eidem per dive memorie dominum regem Robertum, et postea per dominum reginam Iohannam predictam, secundum quod apparere et constare dixit per privilegia et literas eorumdem, quam de provisione quam habet in predictis terris, ut dixit, in excambium civitatis Matere et terre Genusii.

In casu vero quo matrimonium inter dictum Benedictum et comitissam Esculi suum non sortiretur effectum, vel non remaneret sibi comitatus Exculi per viam debitam licitam et honestam, legavit eidem Benedicto castrum S. Marie de Monte terram et castrum Cavrati, castrum Pali cum feudo Bruneti. casale Aricarri cum prefatis provisionibus terrarum Baroli et Botonti.

Item instituit, ordinavit et iure institutionis reliquit Laurentio, tertio genito filio V. B. 106 suo, prenominatas terras et loca, videlicet castrum Sancte Marie de Monte, terram et castrum Cavrati, castrum Pali cum feudo Bruneti, casale Aricarri, in casu videlicet quo prenominatus Benedictus haberet comitatum Exculi, et sibi modo debito, licito ac honesto dictus remaneat comitatus. In casu vero, quo predictus Benedictus non haberet, ut predicitur, comitatum Esculi et acciperet successionem predictarum terrarum, scilicet castri Sancte Marie in Monte, terre et castri Cavrati, castri Pali cum feudo Bruneti et casalis Aricarri, voluit et mandavit dictus testator quod prefatus Laurentius habeat castrum Orte, castrum Canusii post mortem dicti Iohannis de Malatachis, et vivente dicto Iohanne habeat centum uncias annuatim de provisione, quam dictus testator habet in Barulo; post mortem vero predicti Iohannis provisio ipsa revertatur ad prefatum Benedictum secundo genitum; vel si de dicta terra et castro Canusii aliter, ut dictum est, ipse testator ordinaret, voluit et mandavit quod in locum Canusii habeat Spinazolam.

Item voluit, disposuit et mandavit, quod predictus Laurentius habeat in partibus Aprutinis, preter et ultra dictas terras Orte et Canusii vel in loco Canusii, Spinazole, inscripta bona videlicet medietatem castri Pollutri cum tota baronia sua, soluto prius, per eumdem

dominum Angelum pro duabus partibus, et per eosdem Benedictum et Laurentium pro reliqua parte, dividendo inter eos proportionaliter iuxta valorem reddituum suorum, domine Andree, comitisse Montis Oderisii, supplemento dotium suarum.

[VI] B. 167 Item asseruit dictus testator se tenere in pignore castrum Montis Sorbi ab heredibus quondam domini Gentilis de Gradineto, pro florenis auri mille septingentis, vel duobus millibus trecentis. Volens et mandans, quod si dictum castrum recolligeretur ab heredibus supra dictis, ipsa pecunia prius soluta mittetur ad monasterium suum Sancti Laurentii ordinis cartusiensis pro executione huius testamenti et contentorum in eo, et, si non recolligeretur dictum castrum, voluit et mandavit, quod ipsum castrum vendatur et pecunia seu pretium mittatur ad dictum monasterium pro executione dotium et edificiorum ipsius, excomputatis in sortem fructibus dicti castri medio tempore perceptis et vocatis in dicta venditione, si eam fieri contigerit, dictis heredibus, servatisque aliis solennitatibus que requiruntur a iure.

Item legavit et dimisit hospitium suum de Florentia et castrum seu fortellitium Castellari, cum viridario posito extra civitatem, dicto monasterio S. Laurentii, modis infrascriptis, videlicet quod dicte domus et fortellitium non possint aliquo tempore pro quavis causa alienari, sed perpetuo conserventur ad opus monasterii; monasterium vero debeat eos reparare facere et manutenere ad suas proprias expensas, et habere omnem utilitatem et commodum inde perveniens. Voluit tamen, quod si aliquis ex filius suis Florentie personaliter adesset, vel uxor aut soror ipsius, et vellent ibi habitare, licitum sit eis sine aliqua solutione; hoc magis intelligi voluit de primogenito suo et suis heredibus ex suo corpore legitime descendentibus, secundum quos eis necessarium fuerit.

Idem etiam voluit et mandavit de Castellari cum Viridario, dummodo quod continue in
B. 168 parva cappella S. Lau'rentii maneat, ad expensas monasterii, sacerdos unus celebrans missam pro anima parentum ipsius testatoris.

[VII] Item legavit ac dari et assignari mandavit monasterio S. Martini Neapoli, pro victu et necessariis quatuor monachorum deputandorum ad celebranda missarum solennia et orandorum pro remissione peccatorum suorum in quatuor cappellis suis, quas Deus permisit ipsum edificari facere in ipso monasterio, molendinum unum et stanciam unam magnam, quam habere, tenere et possidere se dixit in Capua pro pretio unciarum ducentarum; quod quidem molendinum et stancia fuerunt domini Comitis Altaville, ad cuius requisitionem, quia curie certo modo tenebatur in dictis uncis ducentis, ipse testator, ut dixit, accepit a dicta curia et iuri suo proprio vindicavit pro pretio supradicto. Credit tamen ipse testator, ut dixit, quod dictus dominus Comes ilari animo restitui faciet dictas uncias ducentas pro habendis possessionibus suis, vel forte faciet expeditam venditionem de eis cum aliqua additione pecunie, sicut hoc bene nosse dixit Matheum Aldemarisum de Neapoli, militem. In utroque vero casu, quo alterum duorum faciet, monasterio predicto veniant predicte uncie ducente, de quibus, in casu quo pecuniam habeat, voluit dictus testator quod per Prforem dicti loci emantur alie possessiones pro victu et necessariis dictorum monachorum, ut est dictum, et quod compleantur illa que complenda sunt in dictis quatuor cappellis, et tractu temporis pro reparatione ipsarum, quoties reparatione egerent iuxta providentiam prioris monasterii supradicti.

Item voluit et mandavit, quod dicto Priori assignentur uncie centum de carlenis pro complenda et facienda in altera dictarum cappellarum una sepultura de metallo seu aere,
B. 169 in qua corpus seu viscera sua includantur, ' et pro faciendis aliis annualibus officiis et orationibus, secundum quod ipse cum dicto Priore decreverit; et voluit, quod hec sua ordinatio irrevocabiliter valitura persistat et statim ponatur in forma publica.

[VIII] Item legavit predicto monasterio S. Laurentii de Florentie casale seu terram Valentini, situm in pertinentiis Nucerie, cum omnibus fructibus, iuribus et iurisdictionibus suis et cum illis privilegiis et gratiis, quas et que habet de dicto casali, de quo tradita est sibi potestas, ut dixit, dimittere illud pro anima sua et ad manus mortuas; sed quia post

dictum casale Valentini contiguum et conexum est terre Nucerie, voluit, quod licitum sit cuicumque heredum suorum, qui post obitum suum fuerit dominus et in dominio Nucerie remanebit, habere et tenere dictum casale ad extaleum, pro quarta parte minus quam reperietur annuatim valere, ita tamen quod Prior et monachi dicti monasterii in civitate Florentie prius cauti et securi facti sint de habendo dictum pretium seu quantitatem monete ad summam quam poterit ascendere, quarta parte minus, ut dictum est, excepta, sine aliquo litigio in suis terminis competentibus.

[IX] Voluit insuper et mandavit, quod in locis actibus et adiacentibus circa predictum monasterium S. Laurentii construantur et edificentur celle pro aliis duodecim monachis, iuxta formam aliarum cellarum, ut commodius fieri poterit, ad augmentnm et multiplicationem conventus.

[X] Voluit insuper et mandavit quod, si contigat ipsum mori Benedicto et Laurentio filiis suis in pupillari etate sistentibus, quod eis reservato tantum quantum honeste sufficiat pro vita eorum, totum reliquum mittatur ad pre'dictum monasterium S. Laurentii pro execu- (B. 170) tione fienda testamenti sui et ad alia exequenda per ipsum in Christo ibidem ordinata, quousque perveniant ad etatem annorum duodecim. Item si contigat aliquem ex eis vel ambos mori in etate pupillari, vel quandocunque filiis ex eis masculis non relictis, voluit, quod redditus et proventus terrarum suarum perveniant at dictum monasterium pro dictis exequendis ad minus per sex annos: et si decesserint relictis filiabus feminis, voluit et mandavit quod de hereditate ipsorum cum dote de paragio maritentur. Et qui contrafecerit, vel venerit, aut impediverit quominus, preter id quod sufficeret honeste pro vita predictorum Benedicti et Laurentii, totum reliquum ad predictum monasterium mittatur fructusque redditus et proventus terrarum perveniant ad predictum monasterium per sex annos, ut superius est expressum, cadat eo ipso a iure quod sibi competeret et in quo esset in casu predicto successurus.

[XI] Item voluit, disposuit et mandavit, quod, predicti tres filii sui teneantur dotare tria altaria vel cappellas, unum vel unam sub vocabulo S. Angeli, aliud vel aliam sub vocabulo S. Gulielmi, tertium vel tertiam sub vocabulo S. Nicolai; quod altare S. Nicolai iam constitutum et edificatum est in ecclesia SS. Apostolorum, alia vero duo fiant et edificentur in ipsa ecclesia SS. Apostolorum, et quod in dictis tribus altaribus seu cappellis omni die celebrentur misse tres pro animabus avi, patris et matris ipsius. Et hoc ideo voluit dicta altaria seu cappellas fieri sub vocabulis supradictis, quia bone memorie dominus Nicolaus, avus suus, fuit devotus S. Angeli, pater vero eius fuit devotus S. Nicolai et mater sua fuit devota S. Gulielmi, cuius nomine funge'batur. Et voluit et mandavit, quod predicta per (B. 171) eosdem filios, sine dilatione temporis, executioni mandentur, et quod cappelle seu altaria supradicta habeant tantum in redditibus annuis, in bonis burgensaticis vel redditibus super iuribus montis communis Florentie, ex quibus dicte tres misse possint honeste diebus singulis celebrari, et sacerdotes celebrantes vivere competenter: quorum quidem sacerdotum electio ad dictas missas, ut premittur, celebrandas, spectet ad Priorem predicte ecclesie S. S. Apostolorum de Florentia, qui pro tempore fuerit, habita simplici approbatione Prioris dicti monasterii S. Laurentii, qui fuerit pro tempore.

Voluit insuper et mandavit, quod predicti redditus seu possessiones ad nihil aliud deputentur, nec fructus earum convertantur in alios usus, nisi ad quos sunt, ut predicitur, deputati; et quod predicti sacerdotes horas canonicas, diurnas pariter et nocturnas, in predicta ecclesia S.S. Apostolorum singulis diebus, ut dictum est, teneantur celebrare. Et in casu, quod dicti filii sui ad predicta exsequenda essent negligentes, vel quomodolibet renitentes sint, eo ipso paterna benedictioue privati et lege divina ac humana ingrati filii reputentur, et omni vacui caritate. Presuponit tamen ipse testator, quod si est in eis aliqua pars sanguinis sui, non solum exequentur illa que in presenti testamento ordinat et disponit, verum ultra se ingerent et maiora facient pro conservatione fame et memorie paterne et salute anime

dicti testatoris, prout tenentur et rationabiliter obligantur; et hec est firma spes sua, ut dixit.
Item voluit et mandavit, quod dicte possessiones et redditus sint ita ample et talis va-
loris annui, quod ultra et preter predicta possit exinde fieri quolibet anno anniversarium
unum pro anima dicte domine matris sue, cuius corpus in ipsa ecclesia requiescit; quod an-
B. [illegible] niversarium sit ' honorabile, sicut decet omnibus consideratis; et hoc fieri mandavit penitus
et omnino. Simili modo voluit et mandavit, quod, de fructibus et redditibus dictarum pos-
sessionum, fiat aliud anniversarium in predicta ecclesia S.S. Apostolorum pro anima quondam
Nicolai, avi sui, eo modo et forma, qua erat consuetum fieri, patre eius vivente; et hoc etiam
fiat penitus et omnino singulis annis in perpetuum in die anniversarii obitus eorum.

Item voluit et mandavit, quod predictis altaribus dentur et deputentur per eosdem filios suos calices, vestimenta sacerdotalia et alia paramenta. Item legavit et dimisit eidem ecclesie S.S. Apostolorum, in honorem corporis domine matris sue quod inibi requiescit, unum iocale vocatum Eucaristia ad tenendum corpus Domini nostris Iesu Christi, qucd iocale modo esse dixit in predicto monasterio S. Laurentii; et voluit quod, die festi corporis Christi, portetur cum reverentia, devotione et solemnitate, sicut est consuetum, corpus Domini nostri Iesu Christi in iocali predicto; et quod dicto die de mane detur refectio Priori et omnibus canonicis et presbyteris dicte ecclesie intus in domo ipsorum, et duodecim pauperibus pro anima domine matris sue; ita tamen dicti Prior et canonici et presbyteri teneantur, prima die post octavam dicti festi, dicere officium, missam defunctorum cantando pro anima dicte matris sue.

[XII] Item cum predictus bone memorie pater suus consueverit, sicut dixit, singulis annis
vestire centum pauperes, dando cuilibet eorum pannum de romanolo sufficientem pro una
cotardita et caputio. voluit et mandavit quod ita continuetur et fiat per predictos here-
B. 173 des suos pro anima eiusdem ' patris sui et pro animabus illorum, pro quibus elemosina
predicta fiebat; et quod per eosdem heredes suos emantur possessiones et redditus, de quorum fructibus et redditibus possit fieri predicta elemosina, sicut fiebat per predictum patrem suum, ipso vivente; dicteque possessiones et redditus assignentur monasterio S. Laurentii pro elemosina predicta.

[XIII] Item voluit et mandavit, quod, si eum egrotare vel infirmari contingat, et propterea in lecto iacere, ipsa infirmitate durante, omni die celebrentur triginta misse et pascantur duodecimi pauperes, quorum cuilibet detur elemosinaliter carlenus unus. Fiant etiam speciales orationes ad Deum, quod concedat et inspiret sibi perfecte cognoscere Deum seque ipsum in transitu suo de hoc mundo, det etiam sibi constantiam et fortitudinem contra tentationes ed insidias inimici et colluctationes et prelia, que secum habiturus est super articulis vere fidei, que via recta ducit nos ad gloriam et patriam sine fine mansuram. Si vero violenta morte, quod absit, decedere eum contingat, quia in tali casu tentationes et prelia huiusmodi brevi spatio durarent, speraret defendi, adiuvante Deo, ab inimico humani generis, Spiritus Sancti gratia operante; et in tali casu celebrentur etiam melius dicte misse, dicantur orationes, et elemosine dicte fiant.

[XIV] Item voluit et mandavit, ordinavit et disposuit, quod una cappella inchoata per eum,
ut dixit, in ecclesia sancti Nicolai de Baro subtus, ubi dicitur la Confessione, ubi re-
quiescit pretiosissimum et sanctissimum corpus almifici confessoris, iuxta illam columnam
quam ipse gloriosus confessor propria manu miraculose posuit quando edificabatur ecclesia
B. 174 seu confessio supradicta, perfecta et sine diminu'tione aliqua compleatur; et tantum eidem
cappelle in redditibus assignetur annuatim, quod sacerdos unus possit vivere sufficienter, et dicti redditus seu fructus dividantur inter duos sacerdotes, qui tali modo ordinent et condivident inter se, quod quolibet die celebretur ibidem saltem missa una in diebus non festivis pro defunctis, vel de sancto Nicolao, pro remissione peccatorum suorum; que possessiones sive redditus sint in rebus burgensaticis in castro suo Pali vel in diocesi Barensi, et emantur de fructibus et redditibus dicti castri Pali et feudi Bruneti. Sit etiam dicta cappella

perfecte completa et honorabiliter ornata et munita calice, vestimento sacerdotali et aliis paramentis; et dicte possessiones stabilite empte et assignate omnino infallibiter intra annum a die obitus sui. Et expresse voluit et mandavit, quod predicti sui heredes aut executores nullos fructus aut redditus quoscumque percipiant de castro Pali et feudo predictis, donec, que ordinata sunt per eum de predicta cappella, sint realiter executioni mandata. Electio vero predictorum sacerdotum in predicta cappella habentium celebrare, spectet ad Priorem et capitulum sancti Nicolai de Baro, cum approbatione tamen cuiuscumque predictorum heredum suorum, qui habebit dominium dicti castri Pali, vel in defectum ipsius heredis cuiuscumque primogeniti in successione rerum suarum: et dicta cappella seu altare vocetur Sancta Columna de vera fide Christi: que quidem sit semper infixa animo eius ad fortitudinem et robur nostre pretiosissime vere et in dubitate catholice fidei.

Item voluit et ordinavit, quod, quandiu vivet ipse testator, sacerdos. in missa, statim [XVI]
post communionem suam, dicat cum devotione et infrascriptam orationem pro tutiori subsidio ' tentationis et prelii quod in hora transitus sui est cum inimico humani generis ha- B 175
biturus. Que oratio talis est: " Concede, juste et misericors Deus Nicolao, comiti Melfie, " famulo tuo peccatori, ut nunc et in hora mortis sue cognoscat te dominum Deum verum „.

Item voluit et dimisit dicto domino Angelo quondam Alamanni de Acciaiolis, [XVII]
suo nepoti et filio adoptivo, ut dixit, omnes terras suas, quas possidet in principatu Achaie, que fuerunt Magni Comitis dicti Principatus; et hoc legatum locum habeat in casu, quo perficiat parentela et matrimonium inter dictum dominum Angelum et filiam ducis Aiospelagi: et in casu quo non perficiatur dictum matrimonium, voluit quod habeat castrum Bulcani cum omnibus iuribus et feudatariis suis, casalia Carimidia, casale Grisi cum omnibus iuribus et feudatariis suis, casalia Andrimorii, casale Gricii, et indifferenter omnia alia casalia, iura, homines et vassallos, que habet in tota castellania Calamathe: ita tamen quod omnia recognoscat a primogenito suo et eius herede in illis partibus, et pro ipsis bonis sibi servire teneatur, casali Pethoni dumtaxat excepto, quod quidem casale legavit infrascripto monasterio construendo sub vocabulo Sancti Benedicti in partibus Romanie, et voluit ac mandavit, quod ex nunc fructus et redditus ipsius casalis Pethoni deputentur et expendantur in constructione dicti monasterii, prout inferius describitur.

Item disposuit, voluit, et mandavit, quod omnes terre demamiales non consuete donare [XVIII]
per clare memorie regem Robertum assignentur in manibus curie regie et re'galis, datis B 176
prius per eandem curiam, sibi vel suis heredibus, excambiis et pecuniarum quantitatibus contentis in privilegiis dictorum dominorum suorum Regis et Regine sibi concessis, ut dixit, quas pecuniarum quantitates asserit se debere recipere in veritate et sine aliqua fictione: nec ipse testator ponendus est, ut dixit, in comparatione ad aliquos, qui possident res demaniales in Regno, eo quod, pro acquirendis his que in Regno possidet, expendit, ut dixit, tempus suum continuatis servitiis, spatio viginti annorum et ultra, circa latus dicti domini sui Regis per diversas regiones mundi, amplectendo voluntarie infinita personalia pericula cum laboriosis, stimulatis sollecitudinibus, plenis displicentia et sudore et cum effusione proprii sanguinis, dando in predam filios suos barbare nationi pro salute et augmento dominorum suorum, expendendo de propria pecunia sua acquisita priusquam a predictis dominis suis esset, ut dixit, terram aliquam assequutus, in longe maiore quantitate expensa quam valeant terre sibi donate per eosdem, quas in Regno possidet, et quam reperiretur de eis manualiter et presentialiter, si venales exponerentur: nec existimat, ut dixit, superfluam aut excessivam esse retributionem sibi factam in regno de uncis milibus annuatim vel circa inter terras feudales et demaniales, consideratis principiis dominii sui, consequentiis mediis et circunstantiis et dependentiis ac terminis et processibus, in quibus, ut facta dominorum suorum possit producere ad portum salutis et finem optatum, non renuit, sicut dixit, transire per ignem et aquam; nec istud asseruit dicere mente superba aut ex ingratitudine, sed pro veritatis honore affirmavit, quod cum suo proprio sanguine et suis antiquis substantiis ac divitiis,

B 177 dando filios suos obsides, et' postea redimendo, sunt recuperata et defensata tot bona demanialia in regno Sicilia citra Farum, que valent annuatim milia unciarum melius, quam ille que ipse possidet valeant centenaria florenorum, non computando illa que de voluntate et beneplacito Dei, sub ducato suo tamquam subministro dominorum suorum, sunt in insula Sicilie, cum tot et tantis suis periculis, dispendiis et expensis industriosisque laboribus, et asseruit, acquisita. Que bonorum redditio non est, ut dixit, parvo pretio extimanda, nec ita leviter in oblivione ponenda, sed extimari digna maiori retributione et premio unciarum duarum millium anuatim, etiam si nulla per eum alia servitia facta forent. Sed ne tacite possit de ingratitudine reprehendi, contentatur, ut dixit, de retributionibus sibi factis, et est certus, quod maiores habuisset, si voluisset eas procurare: sed plures anni elapsi sunt, ut dixit, quibus suis cupiditatibus datus fuit, exceptis aliquibus honorum reliquiis seu fragmentis. Demum reputavit et reputat se contentum et optime premiatum, asserens multum esse sibi cara illa que in Regno possidet, eo quod carissimo temporis, sanguinis, pecunie, periculorum et laborum verorum et incredibilium sunt, ut dixit, pretio comparata.

[XVIII] Item legavit domine Lape de Acciaiolis sorori sue castrum Pontis Albaneti et castrum Venemaioris de provincia Capitanate vel excambium quod haberetur pro ipso castro Venemaioris et casale Cutugnani post mortem Bovarelli; ita tamen quod, si contingat eam mori non superstitibus sibi filiis et heredibus masculis, dicta castra deveniant ipso facto ad primogenitum ipsius testatoris; et, si Franciscus et Esau nati et alii nascituri dicte domine Lape et nepotes ipsius testatoris quandocumque dece'derent sine liberis masculis, deB 178 veniant ad primogenitum ipsius testatoris; ita quod, si superstiterint filie femine, una vel plures, prima cum dote dupla de paragio, alia vero cum simplici dote de paragio maritetur.

Item legavit et reliquit eidem domino Francisco, nepoti suo, uncias quinquaginta annuales de provisione, quam ipse testator habet in civitate Bitonti, prout constare potest publico documento.

Item legavit et reliquit eidem domino Francisco, nepoti suo, uncias quinquaginta annuatim de provisione, quam ipse testator habet in civitate Botonti, prout constare potest publico documento.

Item legavit, et reliquit eidem domine Lape castrum... et nemus... cum iuribus et pertinentiis suis sita in insula Sicilie, sibi concessa et donata per dictos dominos suos Regem et Reginam, prout in privilegiis et literis inde factis asseruit contineri; que castrum et nemus erant, ut dixit, in tractatu cambiandi seu permutandi cum civitate Bitonti de provincia terre Bari, que est ecclesie Montis-Regalis supra Panormum de dicta insula.

[XIX] Item domino Nerio de Acciaiolis, adoptivo filio suo, ut dixit, legavit Casale Casavatori, situm in pertinenciis Nucerie, cum hospitio et viridario suo; item uncias centum quatuor annuas, quas habet, ut dixit, in provisione super collecta civitatis Aquile, pro parte excambii terrarum suarum Matere et Genusii, quas, ut dictum est, assignavit regali curie, ut darentur Palatino et fratibus suis pro ipsorum cum dicta curia reconciliatione.

Item legavit eidem Nerio uncias quinquaginta annuatim super iuribus civitatis Giratii, quousque sit sibi assignata terra aliqua usque ad ipsam summam quinquaginta unciarum per dictum dominum Angelum primogenitum suum; de quibus quinquaginta unciis dixit eumdem dominum Nerium percipere ad presens uncias quadraginta octo; ita tamen quod ipse dominus Nerius et heredes sui predicta omnia teneant immediate et in capite a predicto domino Angelo et recognoscant ab eo et heredibus suis.

[XX] Item legavit et reliquit Bernardino de Acciaiolis, consanguineo suo, viginti uncias
B 179 annuatim' super iuribus Troopee, tenendas ut supra.

[XXI] Item legavit simili modo Leoni de Acciaiolis uncias viginti super dictis iuribus Tropee, tenendas ut supra.

[XXII] Item instituit et iure institutionis reliquit eidem domino Angelo primogenito suo, de annuis uncis octingentis sibi in perpetuum pro se et suis heredibus provisis et stabilitis

super collecta generali sive subventione omnium terrarum suarum et ceterorum aliorum locorum, quadringentis videlicet provisis sibi per dictam dominam Reginam ante contractum matrimonium inter ipsam et dictum dominum Regem, computatis in eis centum unciis sibi ante stabilitis per quondam dominum regem Robertum, et aliis quadringentis stabilitis sibi per eosdem dominos Regem et Reginam post dictum contractum matrimonium, prout in privilegiis et literis dictorum dominorum bullatis bullis aureis cum propriis subscriptionibus ipsorum dominorum proinde sibi concessis plenius dicitur contineri, uncias annuas auri ducentas.

Item instituit, et institutionis iure et successionis reliquit Benedicto, predicto secundo genito filio suo, de provisione predictarum unciarum octingentarum, annuas uncias auri ducentas.

Item instituit et institutionis iure reliquit de ipsis unciis auri octingentis Laurentio, predicto tertio genito filio suo, annuas uncias auri ducentas.

Item legavit domine Margarite, comitisse Melfie, uxori sue, de dicta summa [XXIII]
provisionis unciarum auri octingentarum, annuas uncias auri centum in vita sua: et predicte domine Lape, sorori sue, legavit et reliquit de dicta summa predicte provisionis, reliquas uncias auri centum in vita sua, ' cum tali videlicet conditione et reservatione, fidei [c. 80]
committendo ipsi domine Comitisse et domine Lape, quod ipsa et utraque ipsarum annuatim convertant, distribuent et erogent dictas utrasque uncias centum in elemosinis, suffragiis pauperum et missis cantandis pro anima dicti testatoris, iuxta provisionem et deliberationem utriusque ipsarum et conscientias earumdem. Quod si exequi effectualiter pretermiserint, neglexerint seu cessaverint ipse ambe, vel altera ipsarum, vel in parte, ex nunc, prout ex tunc testator ipse onerat ipsarum cessantium, negligentium vel pretermittentium, cessantis, negligentis vel pretermittentis, in totum vel in parte conscientias seu conscientiam ad restituendum, tanquam male ablatum vel retentum, quicquid receperint vel habuerint de dicta provisione; quod sic retentum per ipsas vel alteram ipsarum fuerit, teneantur super animas et conscientias earum vel alterius ipsarum intentioni dicti testatoris contrafacientium seu contrafacientis ad totum, et quicquid inde perceperint et retinuerint seu cessaverint solvere et erogare, restituendum. Et in casu quo ambe dicte domine decederent, ipse dominus Angelus primogenitus, si vixerit, succedat in dicto legato seu fidei-commisso, hac solum condictione quod, anno quolibet in perpetuum, de dictis ducentis unciis auri, centum mittat ad monasterium sancti Laurentii predictum distribuendas per priorem et monacos dicti monasterii in elemosinis faciendis pauperibus et missis cantandis pro anima dicti testatoris. Et si dictus dominus Angelus in hoc deficeret, ipsum legatum pleno iure deveniat ad Benedictum secundo genitum filium suum si vixerit, et in ipso succedat ipse Benedictus cum onere et conditione predictis et supplimento effectuali omnium defectuum commissorum in erogatione '
ipsarum centum unciarum annuatim per ipsum dominum Angelum: et nihilhoninus ultra [c. 81]
hoc casu ipse dominus Angelus ipso facto cadat a successione dictarum ducentarum unciarum, in quibus supra heres instituitur, in qua instituitione succedat immediate ipse Benedictus. Et in casu quo ipse Benedictus deficeret ab effectuali observatione sive satisfactione dicti oneris et condictionis sive annue solutionis dictarum centum unciarum cum supplemento defectuum commissorum tempore ante-acto per dictum dominum Angelum, fratrem suum, ipsum legatum seu fidei-commissum eo modo et forma deveniat ad Laurentium, tertio genitum filium suum, et in eo succedat cum dicto onere solutionis annue, cum supplemento defectuum commissorum tam per ipsum dominum Angelum quam per Benedictum, fratres suos; et nihilominus ipse Benedictus, in casu dicti defectus sui, cadat eo ipso a successione dictarum ducentarum unciarum ex dicta provisione, in quibus heres instituitur, et aliarum ducentarum unciarum, in quibus successerat per defectum dicti domini Angeli, similiter successione sit eo ipso privatus; que uncie quadringente deveniant ad ipsum Laurentium, tertiogenitum suum, qui in eis pleno iure succedat. Et in casu quo ipse Laurentius deficeret

ab effectuali solutione dictarum centum unciarum annuatim facenda ipsi monasterio cum supplemento defectuum dictorum fratrum suorum, ipse Laurentius privatus sit eo ipso, tam successione dictarum ducentarum unciarum, in quibus heres instituitur, quam successione aliarum quadringentarum unciarum, in quibus succeditur per defectum commissum per dictos dominum Angelum et Benedictum, fratres suos in solutione dictarum unciarum centum; que totalis provisio octingentarum unciarum tunc et eo casu revertatur ad curiam regiam ' et regalem; et in ipsa provisione curia predicta succedat, cum hac conditione, quod ipsa curia teneatur compellere dictos dominos Angelum, Benedictum, Laurentium et eorum heredes et successores ad dandum et solvendum ipsi monasterio annuatim de bonorum eorum feudalium fructibus uncias auri centum, et restaurandum etiam quicquid per eos vel per aliquem ipsorum, tempore quo ad eum spectaverit, retentum seu cessatum fuerit in annua solutione dictarum unciarum centum. In quo ultimo casu teneatur Prior dicti monasterii Sancti Laurentii, qui fuerit pro tempore, sub aggravatione conscientie sue, totam seriem dicti fidei commissi sive legati cum declarationibus et reservationibus predictis curie prefate notificare et defectum dicte solutionis et supplementum dictorum defectuum, cum modo et via quibus melius poterit procurare, restaurari debere. Que omnia legata seu fidei-commissa, cum successionibus, oneribus, nominibus, formis et conditionibus predictis, extendantur ad heredes et successore predictorum primo, secundo, tertiogenitorum per vices in casibus alternandis seu transferendis.

[XXIV] Item ordinavit, disposuit, voluit et mandavit, quod, si predictus dominus Angelus, primogenitus suus, moreretur liberis masculis non relictis, Benedictus secundogenitus sibi in omnibus bonis feudalibus ad eum spectantibus et in titulis dominii Corynhi, comitatuum Malte et Melfie, succedat et succedere debeat; et tunc in eo casu bona omnia et terre feudales, que prius erant et pertinebant ad ipsum Benedictum, deveniant ad Laurentium tertiogenitum suum; et si ex ipso domino Angelo femine superessent, primogenita maritetur cum dupla dote de paragio, et alie, quotquot fuerint, sufficienter de paragio maritentur ' de bonis et hereditate dicti domini Angeli, in reliquis dicto Benedicto, ut predicitur, succedente. Si vero dictus Benedictus moreretur in pupillari etate, vel post quandocumque sine liberis masculis legittimis, predictis domino Angelo et Laurentio superviventibus, ipse Laurentius succedat ipsi Benedicto in omnibus bonis et iuribus suis ac terris feudalibus; et si ex eo filia femina vel femine superessent, primogenita earum maritetur cum dupla dote de paragio, et alie, quotquot fuerint, sufficienter de paragio maritentur de bonis et hereditate dicti Benedicti, in reliquis dicto Laurentio sibi, ut predicitur, succedente.

[XXV] Item legavit, et iure legati reliquit domine Margarite, comitisse Melfie, consorti sue, dotes suas; et si, post mortem dicti testatoris, vitam pro eo duxerit vidualem et ad secunda vota non transierit, reliquit et legavit sibi terram Maiori de provincia Principatus, cum iuribus et pertinenciis suis, tenendam et utifruendam donec vixerit, et post mortem ipsius revertatur ad dictum dominum Angelum primogenitum et ad heredes et successores ipsius; ac etiam ipsi domine Comitisse legavit et iure legati reliquit medietatem omnium fructuum, proventuum, reddituum et obventionum totius terre sue Romanie, habendam et percipiendam, quamdiu vixerit in statu viduali pro eo, et post mortem suam ad dictum dominum Angelum revertantur, salvo iure competenti domino Angelo Alamanni predicto, pro predicto legato; quod quidem legatum ipsi domine Margarite factum, ut premittitur, locum habeat postquam monasterium sub vocabulo et de ordine sancti Benedicti, de quo fit inferius mentio, constructum et edificatum fuerit in partibus Romanie, cuius edificationis et constructionis expeditionem ipsa domina Margherita solicitare cum diligentia teneatur.

[XXVI] Item legavit, voluit et mandavit, quod domina Andrea, consors viri magnifici domini Carlotti Artus, comitis Montis Odorissi, soror sua habeat integre et cum effectu residuum seu supplementum dotium suarum, quod solvatur sibi per dictum dominum Angelum, Benedictum et Laurentium, hoc modo videlicet: per ipsum dominum Angelum

solvantur duas partes, et per eosdem Benedictum et Laurentium alia tertia pars, dividenda proportionaliter inter eos iuxta valorem suorum reddituum. Et interim, donec ipsi domine Andree fuerit de dicto supplemento sive residuo satisfactum, teneat et possideat ad utifruendam medietatem castri Pollutri. Satisfacto vero sibi de supplemento predicto, dictas medietas castri Pollutri ad predictum Laurentium revertatur.

[xxvii] Item ordinavit, disposuit, et mandavit, quod illi qui supererint heredes predictorum filiorum et heredum suorum usque ad tertiam et quartam generationem, de dictis bonis suis sine consensu Prioris dicti monasterii sancti Laurentii non possint aliquid vendere, concedere seu alienare vel pignorare pro quacumque causa directa vel indirecta, nisi ad pias causas, quas ipse Prior, qui pro tempore fuerit, acceptaverit et declaraverir fore pias: qui Prior et conventus, in recta conscientia eorum, non debeant prestare auctoritatem, nec consensum in predictis bonis vendendis seu alienandis, nisi videant iustam, rationabilem et necessariam causam exposcentem.

[xxviii] Item voluit, ordinavit, disposuit et mandavit, quod, in casu quo ex se et omnibus dictis filiis suis et successoribus eorumdem ex eorum corporibus descendentibus non superessent heredes sive filii masculi legitimi, et superessent filie femine tantum, una vel plures, illa vel ille alicui vel aliquibus de domo de Acciaiolis, si reperietur, nubant et maritentur, dotata vel dotate tota hereditate et bonis prescriptis, reservatis exceptuationibus, conditionibus, legatis et ordinationibus supradictis, ut talia et tanta bona per ipsum testatorem tam longo tempore et cum tot et tantis periculis et laboribus aquisita, non deveniant ad manus extraneas, sed ad manus illorum qui fuerint de sanguine et cognomine suo.

[xxix] Item legavit, statuit, voluit et mandavit, quod iuxta dictum monasterii sancti Laurentii, ubi Prior et conventus elegerint, construatur et edificatur unum hospitium ad scholas aptum, in quo morentur perpetuo quinquaginta scholares, studentes in theologia, iure canonico, philosophia et logica, et tres magistri legentes in ipsis facultatibus, quibus in victu ministretur et serviatur sine defectu; quod hospitium sit sub cura et gubernatione et regimine dictorum Priorum et conventus qui pro tempore fuerint: in quo hospitio nulla persona ecclesiastica vel secularis, cuiuscumque status, gradus, ordinis vel conditionis existat, etiam si episcopali fulgeat dignitate, habeat ius aliquod vel possit se intromittere de dicti hospitii gubernatione seu regimine eius, ne etiam heredes vel successores ipsius testatoris; sed libere et simpliciter ipsi Prior et conventus perpetuis temporibus habeant curam, gubernationem, regimen et directionem hospitii predicti, quodque intus in dicto hospitio, in loco decenti et apto, construatur, cum licentia domini pape vel diocesano loci, cappella una in qua dicatur pro anima ipsius testatoris, die qualibet, missa una per sacerdotem idoneum eligendum et manuteneudum per Priorem dicti monasterii, qui fuerit pro tempore, iuxta discretionem ipsius, ita quod omnes persone morantes in dicto hospitio libere possint ibi videre Corpus Christi. Pro qua quidem cappella intelligit ipse testator, ut dixit, procurare cum auxilio Dei exceptionem ab omni ordinaria potestate: ac etiam quod omnia edificia, possessiones, et alia quecumque pertinentia ad expensas et sumptus dicti hospitii, tam pro vita magistrorum et studentium, quam pro aliis necessariis, fiant et emantur per Priorem et conventum dicti monasterii, qui fuerint pro tempore, et quod anno quolibet solvantur pro edificando ipso hospitio floreni auri mille, et pro emendis possessionibus et dotibus ipsius expendantur similiter quolibet anno floreni auri quingenti, usque ad tempus quod dictum hospitium erit completum et possessiones empte usque ad summam et valorem redditus annui, de quo persone studentes ibidem possint bene et convenienter vivere, iuxta provisionem et ordinationem Prioris et conventus dicti monasterii: quod redditus voluit esse florenos mille annuatim. Que pecunia, computando a die obitus ipsius testatoris, omni anno solvatur modo snbscripto, videlicet, per dominum Angelum floreni octigenti, per Benedictum quadringenti et per Laurentium trecenti. Ita tantum quod, si dictus dominus Angelus non solverit partem suam, sit privatus ipso facto successionem omnium bonorum feudalium, in quibus idem testa-

tor ipsum sibi heredem instituit, preter quam civitatis Melne cum pertinentiis suis, in qua habiturus est titulum comitatus: inque alias terras suas, cuius successione eo casu privabitur, succedat sibi Benedictus, secundogenitus eius frater, cum onere. Et si Benedictus recusaret seu obmitteret solvere privatam suam portionem, privatus sit eo ipso medietate omnium aliarum terrarum feudalium, in quibus idem testator ipsum sibi heredem instituit. In qua quidem medietate, qua predicto modo fuerit privatus, succedat sibi cum onere dicte solutionis prefatus dominus Angelus, si suam solverit portionem. Qui dominus Angelus recipiendi aliam medietationem ipsarum terrarum feudalium, quam voluerit, in casu dicte privationis Benedicti et successionis sue, liberam habeat optionem. Et si dictus dominus Angelus et Benedictus ambo recusarent sive cessarent solvere portiones predictas eorum utrumque contingentes, dictus Laurentius, tertio genitus, eisdem ambobus succedat in omnibus bonis feudalibus, in quibus super instituti sunt heredes, cum oneribus predictarum solutionum, preter quam in bonis et terris utrique ipsorum reservatis. Et si ipse Laurentius noluerit aut cessaverit solvere dictam portionem suam, medietate omnium terrarum et bonorum feudalium, in quibus instituitur heres, sit ipso facto privatus; in qua medietate succedant sibi cum dicto onere alii duo anteriores fratres, si suas cum effectu elegerint solvere portiones, data eis simili modo optione recipiendi aliam medietatem ipsarum terrarum et bonorum feudalium, quam voluerint, in casu dicte privationis Laurentii et successionis eorum. Et in casu quod omnes tres cessaverint solvere portiones predictas, sint privati eo ipso bonis omnibus feudalibus, preter quam super reservatis; et singuli, vel si qui ipsorum fratrum premoreretur vel premorerentur, superstes vel superstites, succedentes ei vel eis, teneatur sive teneantur ad onera dictarum solutionum sive solutionis, prout unumquemque ipsorum tangit secundum taxationem predictam, et condicionibus suprascriptis.

[XXXI] B. 188 Item ordinavit, disposuit, voluit et mandavit, quod anno quolibet in perpetuum, in diebus festivitatum sancti Michelis Arcangeli, sancte Catharine virginis et martyris, sancti Nicolai, sancti Antonii, sancti Benedicti et sancti Gregorii confessoris, dentur pro elemosina duodecim pauperibus personis, inveniendis sive eligendis per Priorem dicti monasterii sancti Laurentii, qui fuerit pro tempore, comestiones illus diei, et post dictas comestiones una tunica vel camisia, par unum de caligis, unus caputius, par unum de calzarettis et una corigia pro quolibet dictorum pauperum; et quod pro supplendis expensis ipsius elemosine, ultra et preter omnes terras et possessiones datas sive donatas vel donandas predicto monasterio pro complendis dotibus sui, emantur ad expensas dicte hereditatis tot et tantas pcssessiones et redditus, quarum fructus et redditus large ascendant ad summam dictarum exspensarum, que possessiones procurentur ad opus dicti monasterii pro dicta elemosina fecienda; et quod dicte terre seu redditus vel possessiones et quelibet ipsarum, in totum vel in partem, non possint vendi, pignorari vel alienari pro quacumque causa, sed semper remaneant libere pro facienda dicta elemosina; et sint separate dicte possessiones seu terre vel redditus ab aliis possessionibus dicti monasterii; et quod de predictis fiant cautele et scripture sufficientes, ita quod ullo unquam tempore deficiant nec perdantur, sed successive unus Prior assignet alteri Priori successori suo ipsas cautelas in presentia conventus conservandas in perpetuum ad futuram rei memoriam et ob reverentiam dictorum sanctorum supra nominatorum in presenti capitulo. Voluit insuper et mandavit, quod in cappellis constructis et edificatis vel edificandis in predicta ecclesia Santi Laurentii sub vocabulis predictorum sanctorum singulis annis, diebus festivitatum ipsorum, celebretur solemniter missa et divinum officium ad laudem honorem et reverentiam Dei et illius Sancti, cuius festum celebrabitur illo die.

[XXXII] B. 189 Item legavit eidem monasterio sancti Laurentii totam cappellam suam cum omnibus vasis et ornamentis eiusdem auri, argenti, perlarum et lapidum pretiosorum, et omnia paramenta et drappos in petiis, et omnes alios pannos de serico, in quibuscumque formis consistant tam in petiis quam in guarnimentis, pro honorando et ornando altare Sancti Laurentii, ad cuius reverentiam et honorem usque nunc acquisivit et custodivit predicta. Nec

non legavit et reliquit eidem monasterio Sancti Laurentii, pro supplemento dotium ipsius monasterii et pro dotibus conventus ibi multiplicandis et augendis, ut superius est expressum, omnia alia bona sua mobilia in vasis et petiis auri et argenti simplicis vel deaurati seu smaltati, et in perlis et lapidibus pretiosis, ac etiam in quibuscumque aliis rebus et ubicumque consistant, que omnia hic haberi voluit pro specificatis et nominatim expressis: item omnia volumina librorum suorum diversarum facultatum ad usum fratrum dicti monasterii et scolarum studentium predictorum; quod libros dixit se donasse dicto monasterio donatione, que dicitur inter vivos; ita tamen quod nullo tempore cappella ipsa, ornamenta et libri et illa de dictis bonis, que essent apta pro cultu divino, possint vendi in toto vel parte, nec alio modo alienari per Priorem vel conventum dicti monasterii, nisi in casu extreme necessitatis et in casu quo non possit haberi recursus super aliis bonis dicti monasterii eidem minus utilibus vel dannosis; illa vero, que usu consumantur, possint vendi, et loco eorum de ipsorum precio alia magis necessaria subrogari.

Item voluit, disposuit, et mandavit quod, in territorio casalis Pethoni partium Romanie, [XXXII] edificetur monasterium de ordine et sub vocabulo sancti Benedicti, in quo sint residentes continue unus abbas et monachi duodecim servientes Deo in divinis officiis pro anima ipsius testatoris. Quod monasterium dotetur sic sufficienter, quod, tam ipsi abbas et monachi, quam alie persone ibi necessarie, ad sufficientiam habeant unde vivant. Et pro effectu predictorum debeat converti singulis annis, a die obitus sui in antea usque quo completum fuerit dictum monasterium in edificiis convenientibus et dotatum in dotibus et possessionibus sufficientibus, medietas omnium et quorumcumque fructuum, reddituum et proventuum totius terre, quam tenebunt dicti domini Angelus et Angelus quondam Alamanni in ipsis Romanie partibus, ex dispositione dicti testatoris. Et, si forte dicti domini Angelus et Angelus vel heredes et successores eorum recusantes vel negligentes forent in executione presenti, legati fideicommissarii seu infrascripti possint, et liceat eis, apprendere et assumere ad manus eorum dictam medietatem dictorum fructuum et reddituum, convertendam per eos annis singulis in edificiis et dotibus dicti monasterii, usque ad ipsorum edificiorum ac dotium complementum, ut dictum est, super quibus habeatur assensus necessarius a domino papa vel diocesano loci. Quod quidem monasterium construi debeat et dotari, per prefatos dominum Angelum, primogenitum suum, et dominum Angelum Alamanni, infra triennium a die obitus dicti testatoris, nisi legitimum impedimentum obstaret, computato in ipsa dote dicto casali Pethoni. Et casu quo cessaverint hoc adimplere, ex nunc prout ex tunc privat eos et vult, quod sint ipso facto privati, predictus dominus Angelus primogenitus suus medietate, et dictus Angelus quondam Alamanni tertia parte omnium bonorum, que obtinebunt in dictis partibus. Que bona in dicto casu perveniant ad predictos Benedictum et Laurentium filios suos. Et si ipsi facere recusarent, eo ipso imperiali curie applicentur.

Item voluit, disposuit et mandavit, quod a die obitus sui usque ad annum, singulis diebus [XXXIII] celebrentur pro anima sua misse centum; et animam suam commendat in manibus et conscientiis Prioris Maioris Domus Cartusie et Priorum ac monacorum ordinis et presertim dicti monasterii Sancti Laurentii, qui pro tempore fuerit; in quorum orationibus multum confidit, quod in conspectu Dei Salvatoris nostri eas sibi sentiat fructuosas.

Item elegit sepolturam corporis sui in predicto monasterio S. Laurentii, in cappella una [XXXIV] que ordinata est fieri et iam incepta est, ut dixit, pro dicta sepultura sua, ut Prior et monachi dicti monasterii bene sciunt, iuxta modum et formam ordinatas: quam cappellam nuncupari voluit cappellam sancti Thobie. Et, si ipse testator moreretur in loco extraneo et remoto a Florentia, corpus suum deponatur in loco cartusiensis ordinis, si reperiatur locus ipse ibi vel prope per duas dietas; et si non reperiatur locus dictis ordinis, in eius defectu deponatur in loco Fratrum Predicatorum propinquiori loco, ubi decesserit, et in loco illo, in quo deponetur, fiat una cappella, in qua omni die in perpetuum dicatur una missa pro anima sua; que cappella dotetur et muniatur, quodque reportetur vel reportari fiat

dictum corpus per heredes suos vel alios ad dictum monasterium S. Laurentii intra annum computandum a die mortis sue. Si vero corpus ipsius testatoris non inveniatur, aut moriatur in mari, vel in prelio, vel alio loco, ita quod non reperiatur, voluit, quod in dicta cappella ordinata pro dicta sepultura sit et remaneat monumentum pro sepultura sua, ac si corpus suum esset ibi presens, et celebretur in dicta cap'pella in perpetuum, die quolibet, missa una pro anima sua, sive sit ibi corpus suum, sive non. Item voluit, quod, in dicta cappella ordinata pro sepultura, non possit aliquis sepeliri cuiscumque status existat, nisi tantum ipse testator et masculi descendentes ab eo ex propria et recta linea ipsorum; salvo quod, si domina Lapa, soror sua, vellet ibi sepeliri, possit pro consolatione sua.

[XXXV] Item voluit, disposuit et mandavit, quod amicis religiosis et familiaribus suis provideatur per illum modum et formam, qui continentur in quodam scripto suo factu manu dicti testatoris, ubi ipse testator expressit intentionem suam, ut dixit; et si dictum scriptum non inveniretur, posuit et reliquit dictam provisionem in voluntate subscriptorum executorum suorum.

[XXXVI] Item legavit et fidei-commisit domine Lape, sorori sue, florenos auri duo millia in subsidium cuiusdam alterius monasterii monialium ordinati fieri facere per eum et eam, sicut simul deliberaverunt.

[XXXVII] Item legavit et reliquit, quod dentur decime ecclesiis de quibuscumque terris et bonis suis, secundum consuetudinem locorum et terrarum, ubi bona sua consistunt, pro tempore scilicet preterito, quo decime ipse forsitan solute non fuissent per eum vel per alium eius nomine, et etiam pro futuro, quamvis ipse testator, ut dixit, semper precepit officialibus suis, quod sine diminutione decimas deberent solvere et prestare.

[XXXVIII] Item ordinavit et legavit, quod omnibus et singulis venientibus et ostendentibus cum veritate et foro conscientie se debere aliquid recipere et habere ab ipso testatore, inspecta conditione personarum sic venientium et quantitate debiti quod petunt, executores et heredes sui teneantur illud sine conditione solvere et assignare. Et quia certus erat ipse
B 193 testator non habere me'moriam omnium, que in similibus casibus requiruntur, tamen, tam ad depurandam conscientiam suam et procurandam salutem anime sue, quam ad honestas laudes corporis sui, sentiens se non tante providentie quod possit vel velit assicurare se supplevisse et ordinasse cum solemnibus et diligentibus equitatibus cumque exquisitis et examinatis consiliis, que requiruntur ad illa ordinanda, que post factum corrigi et emendari non possunt, legavit et ordinavit, quod florenorum auri duo milia preter et ultra omnia legata predicta, singulis annis usque ad annos quinque proximos statim post mortem suam, et quinta pars omnium fructuum et reddituum bonorum suorum ad dictos heredes devenientium, ita quod in fine dicti quinquennii sint totales et integri fructus unius anni, per fidei-commissarios suos et executores huius testamenti infrascriptos distribuantur et erogentur pro anima sua, in ea forma et modo, quibus eorum clara conscientia, remota ab omni alia effectione vel beneplacito, indicabit, habito prius respectu ad complacentiam Dei et salutem anime ipsius et ad omnem aliam honestam et honoratam licentiam mundanam, taliter examinato et proviso quod gratum sit et acceptum Deo, et hominibus mundi recte viventibus bonum et imitabile exemplum; quod dimittit super onus conscientiarum suarum propter ligamen illud radicalis et charitative fidei et amoris, quod ad eos habuit continue, sicut ipsi bene sciunt et nunc opere manifestatur, dimittens eis executionem sue ultime voluntatis, in qua quiescit spes salutis anime sue et satisfactio unius grati et voluntarii debiti; per spem quarum executionum ipse, vivens implicitus et inter mundi curas ac multas stimulatas sollecitudines, ordinatius facit cursum suum cum securiori et tranquilliori quiete.

[XXXIX] B 194 Item voluit et mandavit, quod qui'libet dictorum filiorum suorum et heredum sit et esse debeat tacitus et contentus et acquiescat institutionibus, ordinationibus et distributionibus factis supranominatis de bonis et hereditate ipsius testatoris, et quod alter alteri, vel inter se altrinsecus, vel a legatariis seu fidei-commissariis aut executoribus suprascriptis quodlibet ultra preter vel contra dictas institutiones, ordinationes, distributiones et legata

aliquid non possint petere vel requirere modo aliquo, de iure vel de facto, nec falcidiam aliquam vel quartam seu trebellianicam detrahere, retinere vel deducere.

Item dimisit dominam Margheritam, consortem suam, baliam, tutricem, gubernatricem [XL] et adiuvatricem dictorum Benedicti et Laurentii, filiorum suorom pupillorum.

Item ultra et preter omnia legata predicta voluit et mandavit, quod, si iura et redditus, [XLI] que et quos ipse testator habere se dixit super iuribus montis civitatis Florentie, non ascenderent ad valorem annuum trecentorum et septuaginta quinque florenorum auri, emantur in dicto monte alie possessiones, redditus et iura, quorum fructus et redditus, cum dictis aliis iuribus et redditibus bene ascendant ad summam predictam: et dicta pecunia distribuatur per Priorem dicti monasterii, qui fuerit pro tempore, hoc modo, videlicet singulis diebus anni in perpetuum detur florenus unus pauperibus indigentibus, et pro aliis operibus charitatis iuxta discretionem et beneplacitum dicti Prioris pro anima dicti testatoris: ita tamen quod, si in domo et genere de Acciaiolis essent pauperes, primo detur eis elemosina ipsa; si vero essent femine pauperes et impotentes, ita quod de bonis eorum maritari non possent, de ipsa elemosina maritentur vel in aliquo monasterio habitum religionis assumant, semper habito respectu ad maiorem ' complacentiam Dei: et quod in eroganda dicta elemosina p. 195 non moveat ipsum Priorem amor nec affectio, nisi amor Christi et affectio charitatis. Voluit insuper dictus testator et expresse prohibuit, ne possessiones et iura predicta alienentur vel quomodolibet distrahantur, nec fructus et redditus eorum deputentur ad alios usus, nisi ad quos sunt, ut predicitur, deputati.

Item instituit, ordinavit, constituit et fecit suos fidei-commissarios et presentis sui [XLII] ultimi testamenti et finalis voluntatis executores, videlicet ad exequendum, que de predictis exequenda erunt in civitate et comitatu sive districtu Florentie et aliis partibus Tuscie, venerabilem et religiosum virum Priorem S. Laurentii de Monte Sancto ordinis Cartusiensis, qui est et pro tempore fuerit, dominum fratrem Thomam de Cursinis de Florentia, iuris civilis professorem, dominum Ioannem de Acciaiolis, canonicum florentinum, et Nicolaum Soderini de Florentia; ad exequendum vero ea, que exequenda erunt in partibus Regni Sicilie et terre citra Farum ac in partibus Romanie, dominum Episcopum Melfiensem, religiosum virum fratrem Petrum de Villa-Mayna, ordinis Cartusiensis, nunc priorem S. Martini prope Neapolim ordinis prefati, fratrem Christophorum de Campomellis, ordinis Predicatorum, cancellarium spectabilis domini Philippi de Tarento, dominum Gurellum Zurulum de Neapoli, militem, regii hospitii senescallum, dominam Margheritam de Spinis, comitissam Melfie, consortem suam, dominam Lapam de Acciaiolis, sororem suam, et magistrum Zenobium de Florentia, rectorem regalis ecclesie S. Petri ad Curtim de Salerno, secretarium domini Pape; ita quod, tam suprascripti in Florentia et eius districtu et partibus Tuscie, quam in ceteris partibus regni Sicilie' et terre citra Farum ac Romanie, et maior pars eorum, qui simul p. 196 sentient et concordes erunt, possint et debeant omnia et singula suprascripta et in dicto testamento ordinata, disposita et legata exequi facere et executioni effectualiter demandare iuxta formam et seriem ipsius testamenti; ex nunc ipsis fidei-commissariis et executoribus concedens plenam, liberam et absolutam potestatem, arbitrium et baliam capiendi et apprehendendi tantum de bonis suis mobilibus ubicumque et in quibuscumque rebus existentibus, ac etiam de fructibus, redditibus et proventibus omnium et singulorum bonorum suorum, quecumque sint illa, ac ipsa bona mobilia et fructus recuperandi in iudicio vel extra, vendendi, alienandi et distrahendi, quantum integraliter et sine defectu omnia predicta legata et ordinata in dicto testamento sive ultima voluntate exequantur, prout melius et apertius viderint convenire. Et si forte dicti sui fidei-commissarii et executores in Regni partibus ordinati negligentes forent sive remissi circa executionem huiusmodi eis commissam, quod de quoquo ipsorum minime credere valet, ex nunc exorat et precat serenissimum dominum suum dominum Regem et dominam Regina predictos, ac dominum Imperatorem Constantinopolitanum, quod, propter illum interne devotionis ac sinceri et ardentis amoris zelum, quem semper

inviolata fide servavit erga Maiestatem suam, eosdem fidei-commissarios et quemcunque ex eis negligentes fortasse de eminentia sue Potestatis constringant et cogere dignentur et velint ad sollicitam et debitam predictorum executionem, sicut Maiestas eorum decreverit utile et expediens fore pro salute anime testatoris eiusdem. Et supplicat idem testator eidem Regi et regali Maiestati quod, si expediens fuerit, predicta omnia, que ubilibet veniunt exequenda in'super et de bonis feudalibus et fructibus ipsorum, confirmare, et omnem defectum, si quem forte hoc presens testamentem patitur in iure vel in facto, tollere et supplere de ipsorum Maiestatis regie et regalis Potestatis plenitudine.

[XLIII] Quod quidem presens testamentum nuncupativum testator ipse dixit esse suum ultimum testamentum nuncupatum, quod voluit valere iure testamenti et cuiuslibet sue ultime voluntatis; et si iure testamenti valere non posset, voluit valere pro iure codicillorum et alio quocumque iure ultime voluntatis, quo melius et efficacius valere potest, cassans et revocans, irritans et annullans omne et quodcumque aliud testamentum et omnes alios codicillos sive donationes, ordinationes vel dispositiones causa mortis per ipsum hactenus quocumque modo factas et ordinatas, in quacumque forma et sub quacumque verborum expositione in scriptis vel per nuncupationem; quibus omnibus in totum et in partem presens suum ultimum testamentum voluit derogare ac esse earumdem hactenus factarum erogationum privativum, irritativum, cassativum et annullativum, quod precepit ab heredibus suis et aliis, quos gravare potest, inviolabiter observari.

Item voluit et mandavit, quod, si in dicto testamento apparuerit aliquis defectus iuris vel facti, per quem dictum testamentum possit impugnari, annullari et infringi, quod possit emendari, corrigi semel, pluries, quoties opus fuerit.

Item voluit et mandavit, quod, si in aliquo predictorum aliquid dubium esset vel emergeret, quod egeret aliqua interpretatione, quod dicti sui executores possint interpretari et declarare iuxta consilium sapientum; quam declarationem et interpretationem dictus testator ex nunc, prout ex tunc, acceptavit et ratificavit, acceptatque et ratificat.

Actum Neapoli in Castro Novo regio, presentibus domino Sergio domini Ursonis, viceprotonotario regni Sicilie, fratre Francisco de Messatia ordinis Predicatorum, inquisitore heretice pravitatis, magistro Nicolao Vectorini di S. Germano, fratre Benedicto de Gripta-Mainardi ordinis Cartusiensis, notario Iacobo de Madio de Neapoli, magistro Petro de Manchisio, regio thesaurario, notario Angelo de Maioro, Petrillo Bonimano, clerico coquine regie, notario Thomaso Leccula de Neapoli, magistro Mattheo de Graniano, regio thesaurario, magistro Adoardo et notario Thomaso de Benedicto de Castro Abatis aliisque testibus ad hoc vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Martinus de Marsia de Alatro, clericus, publicus apostolica auctoritate notarius, predictis omnibus et singulis, dicto die ultimo septembris, celebratis una cum testibus suprascriptis interfui, et ea in presentem publicam formam redegi, meoque consueto signo signavi, rogatus una cum publicis aliquibus notariis ibidem presentibus confiteri hoc presens et alia plura consimilia publica instrumenta. Superantur ubi legitur: " dicta provisione in quibus " heres instituitur " et etiam ubi legitur " deducere ", et ubi legitur " Villa-Mayna " abrasi et scripsi propria manu, non vitio sed errore.

INDICI

AVVERTENZE PER GLI INDICI

Le indicazioni in carattere *tondo* rimandano al testo della Cronaca, quelle in carattere *corsivo* alle note illustrative, quelle comprese *fra virgolette* alla prefazione.

Il numero in carattere *più grande* indica la *pagina*, quello in carattere *più piccolo* la *riga*.

Nell'INDICE ALFABETICO DEI NOMI E DELLE MATERIE, accanto a ciascun nome, ridotto alla forma italiana più comune nell'uso moderno, sono poste fra parentesi *quadre* le altre forme sotto le quali esso figura nel testo e che per ragioni ortografiche sono diverse da quella prescelta. Di queste diverse forme figurano al loro posto alfabetico nell'indice e con richiamo alla forma italiana prescelta soltanto quelle nelle cui *prime quattro lettere* si riscontra qualche differenza dalle prime quattro lettere della forma prescelta.

Nell'INDICE CRONOLOGICO ciascuna data è secondo lo stile comune; precede l'indicazione dell'*anno*, poi successivamente seguono quelle del *mese* e del *giorno*, con un cenno sommario dell'avvenimento.

Fra parentesi *quadre* sono poste le date *errate* con richiamo alla data vera, la quale a sua volta ha un richiamo alla *data errata*.

Tavola delle principali abbreviazioni che s' incontrano negli indici

an.	anno	*pp.*	papa
cap.	capitano, capitani	*pod.*	podestà
card.	cardinale	*ric.*	ricordato
cf.	confronta	*v.*	vedi
cit.	citato	*vesc.*	vescovo
com.	comune	†	morte, morto, muore
imp.	imperatore		

INDICE ALFABETICO

[a cura della dott. Bianca Distinti]

INDICE CRONOLOGICO

[a cura della dott. BIANCA DISTINTI]

vettovagliare e ne fa difendere il porto dalla flotta 15, 21-23.

*1350 - I Fiorentini sono in guerra con Giovanni Visconti, 15, 24-25; temendo essi d. fede d. Pratesi, pregano l'Acciaioli di interporsi con Luigi di Taranto perchè venda loro Prato, suo dominio, 15, 25-28.

*1350 - Giacomo Caracciolo, amante d. regina è fatto uccidere dal re, 29, 35-37.

*1350 giugno 16 - Nicolò Acciaioli è ferito gravemente in Napoli da Filippo Lungotto Caracciolo che lo supponeva istigatore d. supplizio d. pred., 29, 37-30, 1; l'Acciaioli perdona il feritore, 1-3; (*v. 1357*).

*1350 settembre - Re Luigi di Ungheria per varie ragioni medita di fare pace coi Reali di Napoli, 15, 33-16, 1-8.

*1350 - Oratori di Clemente VI propongono ai contendenti, che accettano, una tregua fino alla conclusione d. pace da rimettersi nelle mani d. pp., 16, 9-11; cf. 41, 29.

*1351 febbraio 23 - Luigi di Taranto vende Prato ai Fiorentini, 15, 28-32.

*1351 agosto - La pred. pace fra Luigi d'Ungheria e i Reali di Napoli è conclusa e firmata in Avignone, 16, 12-13; per essa il regno di Napoli è restituito a Luigi e Giovanna mentre il re di Ungheria doveva ricevere come indennizzo una grossissima somma, che egli nobilmente rifiuta, 16, 13-17; cf. 41, 29-30.

*1352 - Luigi di Taranto rientra in possesso d. suo regno, 16, 18-19.

*1352 - Luigi di Ungheria, ordinato agli Ungari e Tedeschi che lo avevano seguito nel Napoletano di uscirne, torna nel suo stato, 16, 19-20.

1352 maggio 27 - Luigi di Taranto è incoronato re a Napoli, 16, 21-24; conferisce a Nicolò Acciaioli che tanto lo aveva aiutato, grande autorità e grandi dignità, 25-31.

*1352 - Prima cura dell'Acciaioli è di liberare il regno dalle compagnie di ventura, che non dicendosi pagate d. loro stipendi vi si erano fermate, 16, 37-17, 1-9; cf. 18, 7-8; distrugge la compagnia di Beltramo della Motta, 17, 10-11; persuade Corrado Lupo ad uscire dal regno per una somma di denaro, 12-17.

*1353 - L'Acciaioli assedia con Malatesta da Rimini in Aversa fra Moriale, che dopo due mesi si rende salve le vite, 17, 18-26.

*1353 gennaio 12 - † Lorenzo Acciaioli primogenito di Nicolò, che ne sopporta stoicamente la perdita, 17, 28-18, 1-2.

*1354 - La Sicilia è dilaniata da lotte fra il partito degli Aragonesi e quello d. re di Napoli, 18, 14-19; Simone da Chiaramonte, uno d. principali signori dell'isola, persuade re Luigi che importando grano in Sicilia colpita da carestia potrebbe facilmente ricuperarne il dominio, 20-23.

*1354 - Re Luigi, persuaso, affida a Nicolò Acciaioli il comando di questa impresa, 18, 23-24; cf. 42, 4-5; Nicolò preparato l'occorrente e caricate le navi di grano passa in Sicilia, 18, 25-28; in breve ottiene Milazzo, Palermo, Siracusa, Trapani, 29-35; quindi sollecitamente sottomette al re gran parte d. rimanente isola, 35-40; cf. 42, 11-14.

*1354 - L'Acciaioli è richiamato dal re sul continente 18, 41-42; 19, 1; cf. 15, a causa di nuove scorrerie fatte in Puglia da Carlo di Durazzo e da altri principali d. regno in unione al conte di Landau, 3-7; cf. 1; e per l'arrivo in Italia di Carlo re di Boemia venuto a incoronarsi imp., d. quale Luigi temeva, 8-14; cf. 1-2; 42, 24-31.

*1355 - Nicolò Acciaioli, mandato da Luigi di Taranto ambasc. a Carlo in Siena, ne acquista la benevolenza, e ne ottiene quanto domandava, 19, 16-20, cf. 42, 31-40.

*1355 aprile - Carlo IV di Boemia è incoronato imp. a Roma, 19, 21-22; Nicolò Acciaioli condotto dal pred. al suo seguito ottiene da lui una scorta e l'ordine al conte di Landau di cessare dalle ostilità contro il re di Napoli, 22-24; cf. 43, 38-40.

*1355 - L'Acciaioli di passaggio in Firenze dà uno spettacolo pubblico con giovinette, per il quale è ripreso dai suoi concittadini, 28, 11-18.

*1355 - L'Acciaioli secondo l'ordine di Luigi visita i signori e le c. amiche di Toscana, Romagna e Piceno per averne aiuti, 19, 25; cf. 43, 1-3; torna nel Napoletano con mille duecento cav. in parte ottenuti dai pred., in parte assoldati col suo proprio denaro, e con Napoleone Orsini, 19, 26-28; cf. 43, 3-11; assedia gli accampamenti d. Landau che assediava Napoli, 19, 32-35; cf. 29-32; 20, 3-4; 43, 11-13; in un combattimento avrebbe vinto il pred., se il re fosse uscito di Napoli a prestargli man forte, siccome gliene aveva mandato avviso, 20, 5-22; cf. 43, 13-17.

*1355 - Il conte di Landau è allontanato per denaro, 20, 25-27; cf. 43, 17-24; anche sono ridotti all'obbedienza il conte Palatino mercè la concessione di tre castelli, 20, 30-38, e il conte di Durazzo, 39-40; cf. 43, 25-44, 1-4.

*1355 - Mentre le cose d. regno di Napoli vanno riducendosi in buono stato, quelle di Sicilia peggiorano per le lotte fra le fazioni Aragonense e Italiana, 21, 1-5: questa si rivolge per aiuto a Luigi che lo promette, ma non può mandarlo, 5-9; finalmente quietate le cose in Puglia il pred. apparecchia una spedizione per la quale gli è porta occasione, 9-10.

*1355 ottobre 16 - † Luigi d'Aragona re di Sicilia, 21, 12-13.

*1356 - La morte d. pred. è appresa da Luigi di Taranto mentre trattava con Nicolò Cesareo la resa di Messina, 21, 13-17; il re invia subito l'Acciaioli in Sicilia per cercare di ottenerla, 42, 16.

*1356 novembre - L'Acciaioli entra in Messina, 21, 25-30; distribuisce al popolo affamato grano e e se lo conquista, 30-33; prende prigioniere due piccole figlie d. re Pietro e le manda a Giovanna in Abruzzo, 33-35.

1356 dicembre - L'Acciaioli conquista in breve, aiutato dalla fortuna, gran parte della Sicilia, 21, 37; 22, 1-7; ciò udito Luigi di Taranto, che attendeva gli eventi a Reggio, delibera di recarsi a Messina, 8-10.

*1356 dicembre 24 - Luigi di Taranto con la regina Giovanna arriva a Messina e vi stabilisce la reggia, 22, 18-19; dichiara che Messina sarà la capitale dell'isola, 16-17; chiama a sè i principali cittadini di Sicilia e mostrando loro benevolenza e amicizia se ne conquista l'animo, 19-21.

*1357 - L'Acciaioli assedia Catania, 22, 22-23; ma la c. è liberata con uno strattagemma da due navi corsare Aragonesi, 34-23, 1-5; flotta ed esercito d. re di Napoli fuggono sino a Messina, 5-14.

1357 agosto 20 - Re Luigi di Taranto lasciati i castelli dell'isola muniti e Messina in mano di Angelo Acciaioli, parte di Sicilia con il rimanente esercito per Reggio, e di là attraverso gli Abruzzi e la Lucania raggiunge Napoli, 23, 15-22.

[1357] - Ferimento di Nicolò Acciaioli, *v. 1350*.

*1358 - Il regno di Napoli è purgato da molti ladroni che infestavano le strade; alcuni di essi presi sono condannati a morte per ordine d. re, 23, 23-25.

*1359 - Luigi di Taranto trovandosi in relativa quiete determina di pagare alla Chiesa il censo dovutole, e ne affida l'incarico all'arcivesc. di Napoli e a Nicolò Acciaioli, 23, 26-35; cf. 44, 5-6.

1359 settembre 30 - L'Acciaioli prima di accingersi al viaggio detta il suo testamento nuncupativo che ha vigore dopo la sua morte, 65-80; cf. "IX, 22-23".

*1359 dicembre 19 - L'Acciaioli e l'arcivesc. pred. partono per Avignone, 23, 35; cf. 44, 6-7.

*1360 - I pred. sono ricevuti onorevolmente dal pp. e dai cardinali, 23, 35-37; cf. 44, 7-12.

*1360 maggio 24 - Innocenzo VI conferisce la rosa d'oro a Nicolò Acciaioli in segno di grande stima, 23, 37-39.

*1360 - Il pp. manda l'Acciaioli a Bernabò Visconti con il quale era in guerra a trattare di un accordo, 24, 1-3; cf. 44, 13-15; comanda all'Acciaioli qualora non riuscisse a niente nella pace, di recarsi al campo d. legato Albornoz a coadiuvarlo, 24, 3-4; ciò che l'Acciaioli fa, 4-12 cf. 44, 15-18.

*1360 novembre - Il pp. nomina l'Acciaioli governatore di Bologna e d. Romagna in ricompensa dei servigi prestatigli, 24, 12-15, cf. 44, 19-21; e il leg., a cui l'Acciaioli era carissimo, si vale in ogni cosa dell'opera di lui, 24, 15-18; cf. 44, 21-22.

1360 - I nemici che assediavano Bologna sono dai pred. costretti a rifugiarsi a Parma, ove sono alla loro volta assediati, 24, 18-24; cf. 44, 22-24.

1360 - Re Luigi minacciato da nuova guerra in Puglia richiama a Napoli Nicolò Acciaioli, 24, 25-27; gli era entrato nel Regno Anichino di Bongarden con quattro mila Tedeschi chiamatovi da Luigi di Durazzo nuovamente ribelle, 27-34; cf. 44, 26-34.

1360 dicembre - Nicolò Acciaioli, avutane licenza dal leg., parte per la e Toscana raccolti seicento cav. si incammina a grandi giornate verso Napoli, 24, 34-36; cf. 44, 34-45, 1-4; qui trova il re ammalato senza che avesse preso alcun provvedimento per la guerra, 24, 34-38; cf. 45, 4-5.

1361 - L'Acciaioli è subito nominato dal re cap. d. guerra contro Anichino e il Durazzo, 25, 3-4; cf. 45, 8-10; libera Salerno assediata e prossima a rendersi ai pred., 25, 5-6; cf. 45, 10-12; insegue Anichino a Melfi, 25, 9-10; assoldati qui quattrocento cav. disertati dal pred., 25, 9-15, cf. 45, 14-17, e poi duemilacinquecento Ungari penetrati nel Napoletano a cercare servizio, 25, 16-22; cf. 45, 20-37, muove con tutto l'esercito dietro ad Anichino rifugiatosi in Atella, 25, 23-36; cf. 46, 1; assedia strettamente il pred. che si arrende e parte, 26, 11-12; cf. 46, 20-23.

1361 - Luigi di Durazzo assediato contemporaneamente in Castel Sant'Angelo da Angelo Acciaioli figlio di Nicolò, in successivi combattimenti rimasto privo di soldati, si arrende ed è mandato prigioniero a Napoli, 25, 28-26, 1-11; cf. 46, 5-14, 23-25.

*1362 - Terzo passaggio di Nicolò Acciaioli in Sicilia come cap. di guerra per ridurre a dovere Manfredi da Chiaramonte, che, lasciato dai Reali di Napoli a governare Messina, era in trattato con Federico di Aragona di cedergli la c., 26, 19-25; cf. 46, 28-38; l'Acciaioli si reca nell'isola senza gente d'arme con solo tre galee, 38-40; riduce Messina all'obbedienza e manda il Chiaramonte prigioniero a Napoli, 47, 1-10; cf. 26, 25-28.

1362 maggio 26 - † Luigi di Taranto re di Napoli, 26, 29; cf. 47, 13-14; la regina Giovanna minacciata dalle cupidigie d. grandi richiama l'Acciaioli dalla Sicilia, 26, 30-33.

1362 - Questi assicurato il governo nell'isola torna sul continente, 26, 39-40; cf. 47, 18-23; è di grande aiuto alla Regina che difende dai nemici mentre le procura amici, 26, 40-42; cf. 47, 23-24.

1362 - La sua opera in favore d. regina procura all'Acciaioli profondi odî e inimicizie dagli oppositori di essa, 47, 24-27; i pred. lo mettono male al nunzio pontificio con calunnie, 28-39.

*1362 giugno - † Luigi di Durazzo prigioniero in Castel dell'Ovo, 26, 11.

*1362-1365 - Per volontà d. regina l'Acciaioli si trattiene pr. di lei dimorando ora a Napoli ora a Melfi, 27, 9-15.

*1364 dicembre - Angelo Soderini scrive a Nicolò Acciaioli per avvertirlo che il pp. aveva avuto cattive informazioni su lui e lo chiamava ad Avignone a giustificarsi d. accuse mossegli, 39, 4-7.

1364 dicembre 26 - Lettera di Nicolò Acciaioli ad Angelo Soderini in risposta; in essa dice che per le condizioni d. regno minacciato di invasione da compagnie di ventura non può, nè ha licenza dalla regina di assentarsi, perciò scrive la sua difesa in quella lettera che il Soderini mostrerà al pp., 39, 5-40-53, 1-34.

1365 novembre 8 - † in Napoli Nicolò Acciaioli, 30, 13-14; [*v. 1366 novembre 8*] "cf. X, 10-12".

[1366 novembre] - † Nicolò Acciaioli, *v. 1365 novembre 8*.

" 1381 giugno 27 - † a Roma Lapo da Castiglionchio, XIV, 35-36 ".

" 1430 - Nella *Vita Civile* di Matteo Palmieri è un dialogo che l'autore finge avvenuto in questo anno, V, 25-26 ".

" 1437 - Adoardo Acciaioli e Matteo Palmieri colleghi nel Gonfalonierato di Compagnia in Firenze, VII, 1-2; Adoardo tanto loda al Palmieri le gesta di Nicolò Acciaioli che lo invoglia a scriverne, VII, 1-5 ".

" 1439 - È finita la *Vita Civile* d. Palmieri, V, 26 ".

" 1440 - Vede la luce la *Vita di Nicolò Acciaioli* di Matteo Palmieri, VII, 6-11 ".

" 1448 - È terminata l'opera *De Temporibus* di Matteo Palmieri, VI, 10-11 ".

" 1452 - Averardo da Castiglionchio è ancora vivente a questa data, XIV, 36-37 ".

" [1453] - Gonfalonierato di Matteo Palmieri, XIX, 32-34 ".

" 1475 - † Matteo Palmieri, XIX, 24 ".

" 1588 - Giovan Battista Ubaldini pubblica in Appendice a un'*Istoria della casa degli Ubaldini* a Firenze coi tipi d. Sermantelli la *Vita di Nicolò Acciaioli* di Matteo Palmieri tradotta in volgare da Marcatino Marcatini medico, per incarico di Donato Acciaioli, XI, 13-16; cf. XIX, 36-37 ".

" 1722 agosto - Pietro Polidori di Lanciano fa sapere al Muratori che tra i mss. d. marchesi di Taviano vi è un codice che contiene la *Vita di Nicolò Acciaioli* scritta da Matteo Palmieri, XI, 20-23 ".

" 1722 novembre - Il Polidori pred. manda al Muratori una copia dell'opera pred., XI, 23-24 ".

" 1728 - Lodovico Antonio Muratori pubblica nel *RR. II. SS.*, tomo XIII, p. II la *Vita di Nicolò Acciaioli*, di Matteo Palmieri, XI, 17-19 ".

INDICE GENERALE

Cominciato a stampare nel mese di settembre dell'anno 1918

Finito di stampare nel mese di luglio dell'anno 1934

rum scriptores. 15134
da Costoza. Mattheus Palmerius

PONTIFICAL INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
59 QUEEN'S PARK CRESCENT
TORONTO—5, CANADA
15134